

ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO

DOMINO,

DOMINO NICOLAO

S. R. IMPER. BANDERESIO

ET LIB. BARONI A GERSTORFF.

DYNASTAE IN BARVTH, HENNERSDORFF, BRETTNIG. HAVSVVALDE, RAKEL ETC. ETC. POTENTISS. PR. ELECTORIS SAXON. COMITI, CAMERARIO SVPREMO ET SECRETIORIS CONSILII DIRECTORI,

DOMINO MEO GRATIOSISSIMO.







CASPAR ZIEGLER ANTECESSOR ELECT. SAXON. A CONSILIIS.

Tristes exuvias, sanctæq habitacula mentis
Expressa heic medico quisquis in ære vides.
Sparge pias lacrimas et tanti nominis umbram,
Qua Divos deceat, relligione cole.
Hoc uno poterat, si fata Deusq dedissent,
Publica florido sospite stare salus.
Hoc uno humanis compertum est rebus adempto,
Extremum patriæ succubuisse decus.

G. THOMASIUS.

ICTI.


SVPERINTENDENS

AD NORMAM

ECCLESIASTICARVM

DESCRIPTVS.

CVM DVPLICI INDICE.






EDITIO SECVNDA.

VITEMBERGAE,

MDCCXII.

m

Bs.




ILLVSTRISSIME ATQVE EXCEL-LENTISSIME DOMINE,

AD specialem plane & singularem valdeque mihi exoptatum divinæ providentiæ modum refero, quod ea tandem mihi, TE autore, contigerit provincia, in qua & exornare studia ante hac exculta, & in majus provehere atque incrementis quotidianis augere autoritate publica fuit concessum. Simul atque enim decretales Romanorum Episcoporum epistolæ mihi in manus datæ fuerunt, eum quidem præcipue in finem, ut quæ ad processum forensem facerent, inde enuclearem, & brevi commentario illustrarem, observavi illico, multa in istis inveniri, quæ & accuratiorem disquisitionem exigant, & argumentis aliunde petendis aut explanari, aut confirmari cupiant, ut sine illis nec ipsa, quæ ad forum & judiciorum ordinem pertinent, intelligi commode queant. Occurrebant Rescripta, ad quorum interpretationem ex disciplinæ Ecclesiasticæ regulis fundamenta petere oportebat: alia, quæ ex historia & rerum gestarum serie dilucidationem exigebant: vicissim alia, in quibus σοφίσματα Pontificum Romanorum πολιτικὰ præteriri non poterant, atque ista omnia negligere non videbatur mihi esse boni interpretis munus. Accingebar igitur haud parum ardentiori studio ad rerum Ecclesiasticarum, & veterum memoriarum scriptores, simulque familiarem mihi reddidi Gratianum, de-

cretorum & ſententiarum in Eccleſiis, ut putavit ipſe, receptarum aut recipiendarum compilatorem, cumque eo quæ recta & authentica, quæve rejectitia & parum probata eſſent, nec admitti propterea deberent, non unis vicibus diſquiſivi. His igitur adminiculis adjutus, junctisque ſimul iis, quæ in ſolidiſſimorum Theologorum, HOEPFNERI, HULSEMANNI, CARPZOVII, GEIERI, KROMAYERI ſcholis didiceram, ipſam Juris Canonici ſtructuram, qualem per modum ichnographiæ deſcripſit Johannes Paulus Lancellottus, privato ſtudio aggreſſus ſum, eamque quam lubrico innitatur fundamento, quamque infirmis & mox lapſantibus tibicinibus ſuffulta ſit, quaſi in compendio oſtendi. Addidi mox argumenta alia, de dote Eccleſiæ, de Diaconis, de Epiſcopis, qvæ ſingula integris tractatibus abſolvi, eoque referri ſimul poſſent, quæ de Epiſcopo milite, de Clerico renitente, & ad Can. Redintegranda, commentatus ſum, niſi paucitas pagellarum, tum & repentina atque ſubitanea nativitas eorum commemorationem faſtiditam redderet. Interea vero, dum hæc ago, ſenſim deficiunt & animi & corporis vires; Quod ex contuſione & læſione cranii quadrimo olim inflictum fuerat vulnus pene mortiferum, periculoſum certe & ſenſus omnes vehementer diſturbans, ſuam nunc demum ingraveſcente ætate exſerere cœpit malignitatem: & quæ quadriennio ab hine ex caſu contigit luxatio ligamentorum in pede dextro, infirma & valde lubrica etiamnum

num facit imprimere vestigia. Accedunt acerrimi & quasi perpetui dolores, quibus ex calculo vesicæ nunc misere affligor, ut oppido grave sit vel sellam occupare, vel per pavimentum musæi mei in plano deambulare, tantum abest, ut longius ire, aut etiam curru vehi mihi sit concessum. Ut nihil nunc addam de vergentis jam senectæ, quæ & ipsa insanabilis morbus est, quotidianis incommodis bonam animi intentionem valde sufflaminantibus. Et hæc omnia vitam mihi plus quam acerbam nunc reddunt, atque dissolutionem naturæ in dies singulos minantur, quæ propterea vasa colligere me jubent, & legem fati mei atque meliorem vitam pia mente expectare. Ne tamen interim nihil fecisse, & frustra prorsus vixisse videar, dum de salute Ecclesiarum nostrarum externa sollicitus sum, putavi ego, nullum commodius argumentum & calamo meo magis conveniens excogitari potuisse, quam si de Superintendentibus, quos vocamus, eorumque officio commentarium adornarem. Observaveram inter expeditiones Consistorii Ecclesiastici, haud leve momentum felicitatis consistere in eo, si antistites, & qui suis cervicibus tanta munia sustinent, optime ea gesserint, & suo officio probe defungantur. Accuratius igitur istud atque haud paulo plenius describere operæ precium duxi, præsertim cum vacuam hanc provinciam & a nemine hactenus occupatam deprehenderem. Et hac ratione natus est mihi libellus iste, quem TIBI, DOMINE,

 MINE,

MINE, ſacrum facio, ſimul vero a voluntate potius mea, quam a merito ſuo commendatum cupio. Agnoſco ego, jam inde a primis publicorum munerum initiis, inſignia gratiæ TVÆ & benevolentiæ veſtigia, & quod opera TVA effectum ſit, ut honoratior ego in hac mundi palæſtra exiſterem. TV fortunarum mearum & autor & præſidium nulla temporis interruptione extitiſti, meque inter Clientes ſuſcepiſti patrocinium tale enixe cupientem. Unicum habeo, quod rependam, animum ſcil. gratum, quo a nemine vinci me patiar. Quem quamdiu retinebo, retinebo autem ad ſupremum usque ſpiritum, nunquam vel TVÆ in me benevolentiæ, vel mei erga TE officii luculento teſte carebo. Erit interim libellus iſte meæ in TE obſervantiæ teſtimonium in præſens, & monumentum in futurum, quem uti demiſſe & humiliter offero, ita ut perbenigne accipias, unice nunc precor atque contendo. Perſcripſi Wittenbergæ finiente Menſ. Septembr. Anno cIↃ IↃc xxcvii.

Illuſtriſ. Excell. TVÆ

Obſequentisſimus Cliens

CASPAR ZIEGLERVS.

Ad

AD
Benevolum LECTOREM.

IPsum Ecclesiæ vocabulum, quod hodie plerique omnes Christo Salvatori sive vere, sive nomine tenus, saltem addicti in ore habent, ex ipsis suis natalibus ostendit, non promiscuum eum & forte fortuna concurrentem esse cœtum, qui in Christi nomine colligitur, eoque inordinatum plane atque incompositum, sed imo & evocatum solenniter, & sub certis legibus viventem. Qui Atheniensium Remp. describunt, duplices præcipue apud eos fuisse conventus publicos observant, Ecclesias scil. & ἀγορὰς. Illarum nomine plerumque ordinati populi in communem locum per suos ordines evocati conventus denotabantur; hæ vero confusum promiscuumque concursum adeoque inordinatum plane significabant. Ut igitur Apostoli ne per suas conciones in suspicionem gentilibus venirent, periculum aliquod saluti publicæ a se procurari, ἐκκλησίας vocabulum cœtibus istis adaptarunt, explicantes insuper, in quibus consisteret politia ista spiritualis, quam meditabantur, quod scil. non esset inordinata aliqua & confusa hominum collectio, sed animarum potius sub uno capite Christo ordinata conglutinatio. Quin & ipsis a se noviter conversis imprimendum hoc erat, quale regimen in Ecclesia ita formata sperandum esset, & sub qua harmonia corpus istud mysticum deinceps conservari oporteret. Enucleate id Corinthiis suis exponit Paulus, & ex anatomia corporis humani ele-

gans inducit argumentum. *Sicut*, inquit, *corpus unum est, & membra habet multa, omnia autem membra corporis, quum sint multa, unum tamen corpus sunt, ita & Christus. --- Nam & corpus non est unum membrum, sed multa. Si dixerit pes, quoniam non sum manus, non sum de corpore: non ideo non est de corpore? Et si dixerit auris, quoniam non sum oculus, non sum de corpore: non ideo non est de corpore? Si totum corpus oculus, ubi auditus? si totum auditus, ubi odoratus? Nunc autem posuit DEVS membra, unumquodque eorum in corpore, sicut voluit. Quod si essent omnia unum membrum, ubi corpus? Nunc autem multa quidem membra, unum autem corpus. Non potest autem oculus dicere manui, opera tua non indigeo, aut iterum caput pedibus, non estis mihi necessarii. Sed multo magis, quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessariora sunt. ---- Vos autem estis corpus Christi & membra de membro. Et quosdam quidem posuit DEus in Ecclesia, primum Apostolos, secundo Prophetas, tertio Doctores, deinde virtutes, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, &c.* Hoc vult, in Christo, tanquam capite Ecclesiæ totum corpus coagmentatum & compactum esse, & inter membra elegantem reperiri ordinem, qui omnem confusionem tollat, nec quenquam adeo in Ecclesia invidere debere alteri, si qua forte præstantiora ille acceperit dona. Et hoc est, quod ait Gregorius Nazianzenus *Orat. 26. Ordo in Ecclesiis quoque constituit, ut alii oves sint, alii pastores: alii præsint, alii subsint, ac pareant: alius velut caput sit, alius pedes, alius manus: alius oculi, alius aliud quoddam corporis membrum ad totius Ecclesiæ concinnitatem ac utilitatem, vel inferius, vel præstantius.* Comparatio ista Apostolica non integro tantum Ecclesiæ cœtui, sed etiam, & præcipue

cipue quidem, ministerio Ecclesiastico, quod speciale in ea corpus constituit, applicari potest. Nisi enim alius in eo oculum, alius manum, pedem alius & sic deinceps repræsentaverit, fieri non potest, ut εὐσχημόνως ϰ̀ ϰτ̀ τάξιν, quod jubet Apostolus, fieri & expediri omnia queant. Ipsa natura, dum dona sua diversimode dispensat, ad oculum ostendit, non omnium eandem debere esse sortem, sed pro captu ingenii unumquemque ita instruit, ut in quo gradu eum esse velit, ex ipsa quandoque facie dignoscendum proponat. Et sunt enim vero in ministerio divino munia & officia non uniusmodi, in magna præsertim populi credentis frequentia, cui inserviendo certi quidam gradus constituti fuerunt, ut haberet quisque designatam certam provinciam, in qua suum istud officium commodius, rectius, diligentius & cum aliqua gravitate, quæ istud officium deceret, explere posset. In ipsis primis nascentis Ecclesiæ primordiis diversi referuntur ministrorum ordines ad ædificationem corporis Christi cooperantes. Erant Apostoli; erant Prophetæ; erant Evangelistæ; erant Pastores & Doctores, quos ea serie recenset Paulus *Ephes. IV, 11.* quorum omnium officium commune hoc erat, quod homines a tenebris ad lucem convertere & Christo Domino Ecclesiam sive fidelium cœtum colligere intenderent, unusquisque tamen pro ratione vocationis suæ, & in ea τάξει, cui adscriptus esset. Et voluit adeo ipse Salvator Ecclesiæ suæ Architectus, dum σκιαγραφίαν istius ædificii delineavit, ut plures, sub diversis ordinibus, quos præscripsit, ad structuram istam concurrerent, suamque quisque sibi assignatam portionem pro modo facultatum suarum ab ipso DEO concessarum extrueret. Hac ratione dum a-

)()(agit

git unusquisque, quod suum est, dubitari non potest, maximam inde Ecclesiis quotidie fieri accessionem, Regnumque Christi tacitis indies augescere incrementis. Optime idem Nazianzenus: *Ut in corporibus membra non inter se dissident aut divulsa sunt, sed totum ex diversis cohærentibus unum corpus est, nec idem omnium usus aut officium aut eadem ad mutuam necessitatem operatio, (iter enim demonstrat oculus, non ambulat: per vadit, non videt: lingva vocem non excipit, quod ad auditum pertinet: aures non loquuntur, quod lingvæ est: nares olfactus sensoria sunt: guttur cibos gustat: manus dandi accipiendique instrumentum est: mens omnium dux est, a qua sentiendi vis & sensatio proficiscitur) sic apud nos, qui commune Christi corpus & inter nos membra sumus, hoc imperat & dirigit, illud obedit ac dirigitur, nec idem amborum munus: sed licet nec idem nec eorundem sit regere ac regi, praeesse ac subesse, unum tamen ambo fiunt, ab eodem in unum Christum spiritu composita & conglutinata. &c.*

Quæ cum ita sint, bono consilio & maximo cum Ecclesiæ compendio in ipso etiam ministerio Ecclesiastico propter diversos ordines constituti sunt, tum qui regerent, tum qui regerentur, qui utrique tamen ad certas vicissim leges adstringi debent, si quidem inter eos perpetuam consistere velimus harmoniam. Ambitiosi sæpenumero præ aliis omnibus, quod quidem maxime dolendum est, sunt illi, qui altari inserviunt, & per istam ambitionem vitiis aliis vel inviti aliquando contaminantur, quibus exuendis vix pares deinceps existunt. Videor mihi observasse, quam expedita sit via adscendendi in Republ. Ecclesiastica ad fastigium monarchicum, ut adeo mirari desierim,

in

in Romana & Constantinopolitana Ecclesia istud negocium tam feliciter successisse. Argumenta intentioni isti facientia non est, ut hic recenseam. Nec enim arcana ea sunt, sed jam olim usurpata, & mutatis tantum hodie personis, noviter in scenam producta. Ut maxime autem monarchiam istiusmodi visibilem Ecclesiasticam prorsus detestemur, & omnibus modis cavendum arbitremur, ne quid tale moliatur aliquando humana præsumtio; necessariam tamen esse dicimus inter Ecclesiæ ministros talem subordinationem, quæ regendi & parendi partes distribuit, quæve superiorem hunc, inferiorem illum esse jubet, prout unumquemque liberalior aut adstrictior exornavit natura. Pares enim & æquales ubi esse cupiunt omnes, quid aliud inde sperandum, nisi inordinata confusio, discerptis sententiis, ac præposteris temporibus omnia pessime disturbans? Evitari quidem haud possunt, etiam in bene ordinata societate, quæ subinde evenire solent, tempestates admodum periculosæ, & solent quandoque tranquillo mari fluctus repente excitari sævi admodum & formidabiles; sed enim vel raro id contingit, & non nisi ubi ordo bene constitutus negligitur, vel sopiri facile poterit. In Ecclesia Pontificia magna est potestas Episcoporum, & tanta sæpenumero, ut majorem habere nequeat magistratus civilis: & tamen contingit aliquando, ut fulmenta lectum scandant, & qui obedire illis debent, autoritatem eorum contemnant, suisque affectibus & licentiæ ambitiose indulgeant. Conqueritur Jvo Carnotensis Episcopus Vir celeberrimus & in utroque jure peritissimus *Epist. 182.*, quam indigne habitus fuerit a quibusdam suis canonicis quod sine eorum consensu subdecanum creasset. *Ipsi*, inquit,

quamvis mei homines essent & per manum & per sacramentum, furiose & clamose sedem meam circumdederunt, librum de manibus meis rapientes, verba turpia, falsa, probrosa & sacro ordini valde contraria in me protulerunt. In Ecclesia Parisiensi sua ætate contigisse refert Fulbertus Episcopus itidem Carnotensis *Epist. 34.* quod Archidiaconus, cum esse deberet oculus Episcopi sui, dispensator pauperum, catechisator insipientium, apostataverit ab omnibus his, & factus fuerit Episcopo suo, quasi clavus in oculum, prædo pauperibus, dux erroris insipientibus &c. Qualia colligi possent plura, si quidem longius evagari in historiam Ecclesiasticam liceret, & non quotidie talia in nostris Consistoriis occurrerent exempla. Possunt vero ista talia vel præcaveri, vel mitigari & sedari mature, dum ille, qui præpositus tali Collegio est, prudentiam adhibeat, & cordate res suas agat. Omnino enim hic, ut in omni alio regimine, & hic vel maxime, prudentia opus est, ne vel irritentur magis animi ad contumaciam proclives, vel ipse se prostituat & ludibrio exponat præfectus. quod utrumque haud leve opprobrium & dehonestamentum Ecclesiæ inferret. Quod si omnino imparem se esse quis tali negotio sentiat, adire is potest Consistoria harum terrarum, autoritatis suæ protectores & restauratores, ipsum denique principem, omnis jurisdictionis Ecclesiasticæ fontem, & boni ordinis scaturiginem, qui nisi emendari queat, quod ita in corruptelam degeneravit, rescindendi potestate, qua pollet, utitur, & refractarium ab ordine movet, uti in his locis quotidianus ostendit usus. Et hi enim sunt gradus sibi in nostris Ecclesiis subordinati, ut diaconi in civitatibus & pastores in parochiis rusticis subsint Superintendentis, Superin-

perintendens Consistorii, & Consistoria Principis inspectioni, ut tamen & Princeps, & Consistoria, & hæc quidem intra terminos sibi positos in ipsos etiam diaconos & pastores paganos regimen suum, prout competit, exercere queant. Et hac quidem ratione optime sibi constat politia nostra Ecclesiastica, eaque ut perpetua sit, & floreat semper, divinum numen manibus ad cœlum sublatis precamur. Quandoquidem vero non unis vicibus observaverim, esse inter Superintendentes harum provinciarum nonnullos, qui vel calide nimis, & extra sphæram quandoque suam, vel oscitanter & langvide officio suo fungantur, temperare mihi haud potui, quin ea, quæ ad munus istud laudabiliter explendum pertinent, uno quasi contextu delinearem, & quæ sparsim leguntur, ad certa capita redigerem, simul vero ad antiquioris Ecclesiæ placita revocarem, Nec vero quisquam mihi hic objiciat, falcem me in alienam messem immittere, atque argumentum a mea functione prorsus alienum nunc occupare. Ad quid enim mihi Juris Canonici professio mandata fuit? ad quid Gratiani compilatio cum reliquis, quæ corpus istud constituunt, partibus in manus data est? sub qua ratione causis Ecclesiasticis decidendis præfectus sum? si ad istiusmodi fontes penetrandi nulla concessa sit licentia. Vulgatum est in philosophorum scholis axioma, finem velle non posse, qui non velit media ad eum ducentia. Hanc ergo mihi mandatam provinciam dum exornare intendo, sæpissime mihi cum Gratiano res est, sed cujus tanta penes me non est autoritas, ut ejus fidem sequi semper oporteat; dumque adeo ejus subinde excutio testimonia, sæpissime fit, ut quasi aliud agendo nostrarum simul

Ecclesiarum placita conferam, & sic fere invitus quandoque in Theologorum castra abripiar, eorumque civem me profiteri cogar. Id vero uti raro contingit, & non nisi cum formidine aliqua atque summa cum veneratione a me fieri solet: ita ea, quæ ad historiam & disciplinam Ecclesiasticam pertinent, liberiori & manu & animo in disquisitionem revoco, quod ista majorem ambitum habeant & longe plures admittant sive admiratores, sive observatores, nec pauca ex illis meæ professioni quasi propria & veluti vernacula videantur. Si quid igitur hic præstiti, quod Ecclesiæ & Reip. literariæ commodo esse queat, id omne divinæ benignitati adscribo, extra quam placere nunquam placuit, sed displicuit semper. B. V.

INDEX I. Capitum.

XVII.

Cum



A|
|Ω

Cum DEO mentem & calamum ad ſui gloriam dirigente.

CAPUT I.

De Miniſterii Eccleſiaſtici neceſſitate.

§. 1.



NEceſſarium eſſe in Eccleſia miniſterium verbi, quo duce ad ſalutem æternam præparari & inſtrui queant mentes piorum, unusquisque penes ſe ſentiet, & aſſenſione ſua adprobabit, qui verum DEI cultum ſequitur, eumque non niſi ex revelatione divina diſcendum eſſe, ſuo exemplo didicit ipſe. Et ſic enim per ſoritem quendam ratiocinatur Paulus, *Rom. X, 14.* Quomodo *ergo invocabunt, in quem non crediderunt, aut quomodo credent ei, quem non audierunt? quomodo autem audient ſine prædicante? Quomodo vero prædicabunt, niſi mittantur?* Invocationem ſive verum DEI cultum inducit ex neceſſitate fidei, ſine qua ille ſubſiſtere, & nomen ſuum tueri haudquaquam poteſt: *deinde* ex fide inducit neceſſitatem auditus, ut neceſſarium antecedens, quod fides concipi nequeat, niſi ex auditu verbi: *tertio* ad id, ut audiatur verbum, colligit neceſſitatem prædicantis, qui verbum divinum proponat & interpretetur: *quarto* ad

id,

id, ut persona prædicantis sit habilis & autoritate instructa, requirit missionem. Invocatio non est sine fide: fides non concipitur sine auditu: auditus haberi non potest sine prædicantibus: prædicantes autem dici nequeunt, nisi missi fuerint. Hæc est catena Apostolica, quæ docet a primo ejus membro ad ultimum, non esse invocationem Domini aut cultum divinum, nisi missi fuerint prædicantes, ex quo rursus sequitur, necessario mittendos esse, qui verbum revelatum doceant. Negat Apostolus, quenquam posse legitime, jure, salutariter, bona conscientia, & juxta DEI voluntatem prædicare, nisi mittatur. Conf. Gerhard. *Loc. de Minister. Eccles. n. 58.*

§. 2. Omnibus quidem Christianis, quotquot Ecclesiam constituunt, competit vocatio generalis, secundum quam legere & meditari verbum divinum tenentur. Sunt enim regale DEI sacerdotium, *1. Petr. II, 9.* & sacerdotes dicuntur, *Apocal. I, 6. c. V, 10.* Sed ista lectio & interpretatio privata est, neque ad predicationem publice expediendam sufficit, ut proinde male ex nudo isto sacerdotii vocabulo a nonnullis statuatur, datam esse in N. T. sine discrimine quibusvis potestatem docendi, nec esse proinde necessarium speciale ministerium verbi, cum DEus ipse discrimen istud in Ecclesia observatum cupiat, ut alii sint Doctores, alii sint auditores & discipuli. *1. Cor. XII, 29. Ephes. IV, 11.* Ad hoc igitur, ut aliquis in cœtu publico docere queat, & sic ad publicum docendi munus requiritur missio sive vocatio personalis.

§. 3. Iste vero auditus verbi non per se aut sua quadam naturali vi conversionem efficit, sicut e contrario neglectus aut contemptus verbi per se impedit conversionem & obicem ponit gratiæ prævenienti, ne illa sese exserere queat. Sed quod homo per auditum verbum convertitur, id to-

tum

tum est gratiæ divinæ opus, ad quod nihil omnino contribuit industria humana. Si enim maxime audiret homo per omnem vitam suam, nec DEVS auscultationi isti benediceret, nulla sequeretur conversio. Omnino enim desiderium audiendi, & auditus ipse distingvi debent ab initiis credendi, cum in illis sese exserant ea, quæ sunt ἐφ' ἡμῖν; sed in his nulla omnino penes nos existat facultas, & ea unice adscribenda sint gratiæ divinæ & Spiritui Sancto, qui in nobis operatur velle & perficere.

§. 4. Et hæc ita se habent omnia ex ordinatione divina. Placuit enim DEO per stultitiam prædicationis salvos facere credentes. *1. Cor. I, 21.* Omnino enim absurda videtur rationi humanæ, sibi relictæ, prædicatio Evangelii, neque pro sapientia haberi poterit unquam, nisi accesserit illuminatio Spiritus Sancti. Hæc vero si accesserit, accedit autem tum, quando quis attenta mente mysteria divina audit, & prædicationi vacuas aures præbet, neque resistit gratiæ sibi præsenti, sentiet mox homo in se excitari fidem, eamque tam firmam, ut eam nulla, quæ in rebus humanis omnibus ad oculum patet, superare queat demonstratio. Duplex est siquidem via, per quam in animos nostros illabitur cognitio rerum; alia sensuum ac rationis: alia fidei. Obscura illa anceps & fallax, ad veri notitiam malefida & intuta, infinitis obsepta Philosophorum triciis & quæstionibus; clara hæc, aperta & constans, prælucens animo, ejusque ancipites motus & fluctuationis admisso cœlesti lumine componens. Plane corneam hanc portam dicas, Poëtarum carminibus celebrem, eburneam alteram. Cui fidem largitus est DEVS, probationes non requirit: qui fide caret, nulla illi sufficit demonstratio. Vti optime differit Petrus Dan. Huetius *in demonstr. Evang. præfat.*

§. 5. Quia igitur æterna salus fidei præsentiam exigit, fides autem sine prædicatione & auditu verbi divini concipi non potest, & Verbum ipsum sive Evangelium de Christo stultitia esse videtur rationi humanæ, facile hinc patet necessitas eorum, qui ad hoc officium destinantur, ut Evangelium proponant & interpretentur. Nec tamen absoluta plane hæc est necessitas, & talis, quæ ipsum etiam DEUM obliget, ut necessario teneatur verbi prædicatores mittere, ut homines convertantur, ac si absque talium personarum adminiculo salus nostra procurari nulla ratione queat, cum imo DEUS convertere hominem possit & fidem largiri modo plane extraordinario, nec alligatus is sit mediis a semetipso constitutis. Modus autem ille extraordinarius non in eo consistit, quod prorsus absque DEI verbo fiat, sed quod non fiat verbo DEI per ordinarium ministerium vel Ecclesiæ ministros prædicato, verum per verbum DEI ab ipso DEO immediate vel sine vel cum miraculis prolatum, vel etiam per verbum a ministro junctis simul miraculis ac signis prædicatum, ubi tamen vis illa convertendi non miraculis & signis, sed verbo DEI adscribenda est. Et hæc tamen extraordinaria conversio, sicuti post Ecclesiam plantatam, verbumque divinum in toto Orbe prædicatum jam cessat, ita etiam ejus aliquando exercendæ spes omnino nulla superest. Dn. D. Quenstet *System. Theol. part. 3. cap. 7. sect. 1. th. 7.*

§. 6. Nolo esse prolixior in hoc argumento, quandoquidem pro fanaticis haberi soleant illi, qui in Ecclesia nullas ministerio partes esse cupiunt, seque ipsos ex se in cognitione DEI satis eruditos, & erudiri adhuc posse gloriantur. Promittitur quidem *Jerem. XXXII, 34.* universalis omnium in N. T. eruditio: ***Non docebit ultra Vir proximum suum, & Vir fratrem suum dicens: cognosce Dominum. Omnes enim***

cogno-

cognoscent me. Et in hoc illuminationis atque cognitionis, quæ erit penes Ecclesiam Christianam, plenitudo atque ubertas describitur; nec tamen tollitur aut negatur medium cognoscendi, verbi scil. ministerium. Indicatur fidelium omnium sufficiens ad salutem notitia, quam habituri sint, quod in illis, quæ ad salutem sunt necessaria, plenissima instructione gavisuri sint, sed quam non immediate a DEO, sine verbi aut ministerii doctrina consequentur. Modum enim non exponit Jeremias, qui solum τὸ ὅτι, quod DEum cognituri sint omnes, describit, sed τὸ πῶς, quomodo aut unde, num immediata DEI illuminatione, an mediante verbi & ministerii informatione, non meminit. Vid. Calov. *contra Grotium ad h. l.*

§. 7. Tum vero demum, quæ sit necessitas & utilitas ministerii divini, patescit maxime, quando id plane cessat, & nullum amplius superest. Inter proverbia Salomonis *cap. XXIX, 18.* in compendium contracta est malorum omnium inde resultantium seges: *Cum prophetia defecerit,* inquit, *dissipabitur populus*, h. e. prospere se habere non potest, deficit, profligatur, & splendorem suum amittit, aboletur, & intermoritur tandem atque interit. Per prophetiam autem verbum Domini intelligitur, sine quo quemvis populum corruere tandem necesse est, & in extremam miseriam prolabi, etsi aliquanto tempore floreat. Judæorum populus hac in re documento esse poterit, qui felicissimi fuerunt, dum Prophetis vacuas aures præbuerunt; illis vero rejectis, & verbo Domini, quod per illos annunciabatur, contempto, nihil eo populo fuit miserius, nihil perditius, nihil fœdius. Simul cum regno & Republica amiserunt ornamenta omnia, quibus olim gentes alias superarunt omnes, imo & intellectum perdiderunt, & excoecati sunt

prorsus, tantoque stupore oppressi sunt, ut circa cultum divinum quid statuere debeant, omnino nesciant. Et hoc est, quod dixit Jeremias, dissipatum iri populum, cum defecerit prophetia. Nam hoc ad utramque dissipationem est referendum, tam animi, quam corporis. Vid. Joh. Mercer. *ad d. l. proverb.*

§. 8. Quod si porro infinitos rationis humanæ conceptus, & partus plane prodigiosos attendere velimus, vix poterit ea in rebus religionis certum statuere quidquam, nisi aliunde ab alio aliquo extrinsecus adveniente informetur & erudiatur. Enimvero sicubi ea defecatior paulo fuerit, & lumini supernaturali se subjicit, famulatum præstare poterit perquam utilem. Quamprimum vero cynosuram hanc deserit, suoque unius nititur remigio, periculose mox impingit, & naufragium tandem patitur prorsus miserandum. Ex quo factum, ut dii fingerentur infiniti, ut idolum omnis sensus expers coleretur, ut oblati temere in via lapides stipitesque divino cultu afficerentur, ut bestiis etiam tam vivis, quam mortuis similis veneratio exhiberetur. Vt igitur usus humanæ rationis, alias liber, dum in sacrorum contemplationem seu disquisitionem adscendit, ne impingat, præstitutis quibusdam axiomatis, principiis & juris sacri normis ab ipso divino numine descriptis, velut sanctis animæ repagulis, coerceri oportuit, ne sive in veteres tum Gentium tum seculorum plurimorum errores, sive in nova libere discurrentis ingenii commenta petulcus evagaretur. Axiomata autem ista & principia cum sint meræ revelationis divinæ, nec rationi conformia sint, sed stulta ei videantur & paradoxa, neque alias quam ex auditu & ductu alieno discantur, utique necesse est, ut sint, qui ea proponant, quique rationi hoc modo fibulam injicere doceant. De hac necessitate videri pote-

poterit Gisbert. Voet. *Polit. Eccles. part. 2. lib. 2. tract. 5. §. 1. & 2.*

§. 9. Nec tamen necessitas ista, de qua dixi hactenus, in ordine conversionis, tale statui debet principium cognoscendi, ut vel de necessitate tali in genere, vel de justa & legitima missione Titii prædicatoris constare ante omnia debeat convertendo, neque alias conversio ejus fieri queat. Etsi enim ministerium Ecclesiasticum ex parte DEI in ordine primum sit instrumentum, quod fidem salvificam & articulos creditu necessarios proponit & inculcat convertendis; inter objecta tamen credenda quæ faciunt Christianum, doctrina ista de ministrorum Ecclesiæ necessitate & autoritate, non est primum ingrediens in mentem Catechumeni, ut audiri scilicet & admitti illi non debeant prius, quam de personæ suæ habilitate, ad instar Legatorum civilium, documenta exhibuerint. Ratio enim ultima, propter quam verbo prædicato creditur & assensus præbetur fide divina, non est veracitas aut missio ministri Ecclesiæ verbum prædicantis, sed autoritas DEI verbum revelantis & obsignantis. Quia scilicet DEUS se hæc revelasse per suum ipsius Spiritum testimonio divino, sed occulto, certum hominem reddit, ideo credit ille fide, qualem DEO dicenti & testificanti debet. Conf. Hülsemann. *in Breviar. supplem. c. 19. n. 1.*

CAPUT II.

De

Hierarchia & ordine Ministrorum Ecclesiæ.

§. 1.

MUlti sunt Ecclesiæ Latinæ Doctores in adornanda & describenda sua hierarchia, quam aliter consistere haud posse contendunt, nisi sub uno aliquo capite visibili conti-

contineatur, & ex regimine monarchico vires capiat. Hinc enim Pontificis Romani primatum effingunt, & inter prima doctrinæ principia ponunt, totam jurisdictionis potestatem omnium in orbe prælatorum a Papa Romano derivari, eique acceptam ferendam esse, quam assertionem octo *de visibili Monarchia Ecclesiæ* libris & sex libris *de clave David* prolixe probare conatur Nicolaus Sanderus, quamque pro fundamento supponit Alphonsus Alvarez Guerrer. *lib. de jure ac potest. Rom. Pontif.* aliique passim. Imo vero non ad potestatem tantum & jurisdictionem dogma hoc suum applicatum volunt, sed ad ipsam etiam doctrinæ & fidei conformitatem extendunt. Et in summa hoc docent, tam Episcopos omnes, quam cæteros fideles, per unam Apostolicam & principalem Romani Pontificis cathedram eo visibili modo inter se connecti & copulari, ut, qui extra unitatem Romani Pontificis degat, membrum Ecclesiæ Christi esse, aut communionis sanctorum particeps fieri nullo modo possit. Nic. Sander. *de Clav. Dav. cap. 5.* Et necessarium proinde atque utile esse, ut omnes Christiani unione tam interna quam externa Romano Episcopo connectantur, uti Jodocus Coccius *tom. 1. thesaur. Cathol. toto libro VII.* qui est *de Hierarchia Ecclesiæ*, ex sacris literis, Patribus Græcis & Latinis, necnon recentioribus Doctoribus probare intendit.

§. 2. Didicerunt illi a Philosophis, ex formis simplicibus præstantissimam esse monarchiam. Et quia vident, Ecclesiam sine omni regimine consistere haud posse, optime ei consultum putant, sicubi talis adaptetur forma, quæ omnium præstantissima est. Vid. Natal. Alexand. *in histor. Eccles. tom. 1. differt. 4. pag. 262.* Neque dissentientes nos habent, dummodo Scripturæ ductum ista Reipubl. forma explicetur. Ecclesiæ scil. ab omni parte perfecta est monarchia,

chia, ubi Christus Rex est: ejus leges, Scripturæ: administri Episcopi, qui tamen non eum in finem destinati sunt, ut uni Legato adsiderent, sed ut ipsi singuli legati essent, Pastores gregis ejus, *1 Petr. V, 2.* & duces, *Hebr. XIII, 17.* & Episcopi Ecclesiæ, *Actor. XX, 28.* Sed illi monarchiam in his terris sibi fingunt talem, in qua caput aliquod visibile reliquis omnibus potestate supereminente præsit, & sic visibilem a se excogitatam monarchiam, pro Christi monarchia obtrudunt, regnum ejus, quod ex hoc mundo non esse dixit ipse *Joh. XVIII, 36.* in mundanum regnum convertunt & transmutant. Imo vero non contenti illi limitibus istiusmodi, quibus principes gentium coërceri se patiuntur, pontificem suum Principem constituunt super omnes gentes & Regna terrarum. Quæ utique multò grandior est monarchia, quam ut philosophis placere queat.

§. 3. Si dicendum, quod res est, ministris Ecclesiæ tale imperium non competit, ex quo Reip. aliqua forma judicari & dignosci queat. Jubentur pascere gregem DEI, non ut dominantes in cleris, sed ut qui sint exemplaria gregis, *1. Petr. V, 2. 3.* & ideo dicuntur ministri *1. Cor. III, 5.* Servi credentium *2. Cor. IV, 5.* ministri Ecclesiæ *Coloss. I, 25.* Idque ministerium consistit in eo, ut doceant & sacramenta dispensent. Solus igitur Christus in Ecclesia, quæ domui comparatur, est οἰκοδεσπότης, dominus ejus. *Matth. X, 25. Hebr. III, 5. 6.* retinuitque sibi dominium, *Joh. XIII, 13. 1. Cor. VII, 6.* Ministri vero œconomi ejus dicuntur *Luc. XII, 42 1. Cor. IV, 1.* & Legati *2. Cor. V, 20.* At vero qui Oeconomi sunt & Legati, quomodo imperium, ex quo Reip. forma dignosci solet, tribui illis poterit? Nunquam enimvero ex meris servis coalescet Respublica aliqua, quippe qui perpetuum habent respectum ad aliquem imperantem, qui inter servos, qua

tales, reperiri haud poterit, neque ex servis facies mihi dominos, quoad servi fuerint, & ministerio addicti manserint.

§. 4. Quia vero etiam ministri Ecclesiæ regere dicuntur Ecclesiam, uti vocabulum *ποιμαίνειν*, *Actor. XX*, *28*. reddidit Interpres vulgatus, alibi vero officium eorum, quod præsint Ecclesiæ, describitur, *1. Thess. V*, *12. 1. Tim. V*, *17*. non dubito, natam inde fuisse occasionem inquirendi formam regiminis, & applicandi ea, quæ a Philosophis de Rerumpubl. statu disquiri subinde solent. At profecto Sophistæ nomen vix evitabit, qui ita ex alienis principiis Theologicam de Ecclesia considerationem instituere velit. Mysticum corpus est Ecclesia, cujus unicum caput est Christus, qui ei invisibiliter præest. Quos illi dat ministros & præcones, pari potestate in officio illo suo & administratione esse vult, ut adeo si vel maxime Aristotelis præcepta applicari debeant, Aristocratiæ potius quam monarchiæ aliquam speciem referant. Neque aliud quid infert regimen, & *προστασία* in Scripturis illis tributa, nisi quod docendo, arguendo, exhortando & modis similibus gregem sibi commissum in vera salutis via retinere debeant, idque inprimis vocabulo *ποιμαίνειν* innuitur. Vid. Joh. Rainold. *in Colloq. cum Hart. cap. 3. sect. 1.* Robert. Abbot. *de supr. pot. Reg. prælect. 9. n. 6.*

§. 5. Vti igitur unio omnium & singulorum Christianorum sub unico pastore mortali non tantum inane commentum, sed & contra institutum ordinis Ecclesiastici est: ita etiam monarchia, quam inde extruunt, tota commentitia est, & contra institutum divinum, itemque contra veteris Ecclesiæ placita. Extat apud Gratianum *C. Legimus Dist. 93.* sententia Hieronymi, qua omnes Episcopos æquales esse pronunciat. *Nec altera*, inquit, *Romanæ Urbis Ecclesia, altera totius Orbis existimanda est. Et Galliæ & Britanniæ, & Africa*

frica, & Persis, & Oriens, & India, & omnes barbaræ nationes unum Christum adorant, unam observant regulam veritatis. Si auctoritas quæritur, Orbis major est Urbe. Ubicunque fuerit Episcopus, sive Romæ, sive Eugubii, sive Constantinopoli, sive Rhegii, sive Alexandriæ, sive Thebis, ejusdem meriti, ejusdem est & sacerdotii. Potentia divitiarum & paupertatis humilitas vel sublimiorem vel inferiorem Episcopum non facit. Cæterum Apostolorum successores sunt. Ex his verbis quæ conficiantur porismata, Monarchiam visibilem Ecclesiasticam destruentia, videri possunt in dissertatione *de Romani Papatus fide*, quam sub nomine Valentini Petri Saccii edidit Joh. Georg. Dorschæus §. *34*.

§. 6. Putant enimvero, qui Ecclesiam, ut unum aliquod corpus ex diversis per totum terrarum Orbem dispersis particularibus Ecclesiis collectum considerant, & simul attendunt, particularibus illis Ecclesiis salubri consilio seorsim unum aliquem præesse, qui eas regat, non minorem utilitatem ipsi toti & universo corpori expectandam esse sicubi uni alicui istud subjiciatur & caput aliquod visibile ei præficiatur. Sic enim inter regentes gradus aliquot constitui oportuisse, & sic optime se habere Rempubl. Ecclesiasticam, si, ut plures Episcopi uni metropolitano, & plures metropolitani uni Patriarchæ, ita etiam omnes Patriarchæ uni alicui Episcopo Oecumenico subjecti essent. In hoc consistere unionem & communionem plurium Ecclesiarum inter se, & ex hac æstimandam esse Ecclesiæ universalis unitatem, si omnes illæ unum idemque visibile caput agnoscant, Nec deesse illustres istius unionis effectus, qui potissimum in potestate convocandi synodos se exserant, adeo ut ex synodorum gradibus ipsi etiam dignitatis & jurisdictionis Ecclesiasticæ gradus innotescant. Presbyteros unius paro-

chiæ convocari ab Epiſcopo, & hanc eſſe ſynodum infimam, primum autem gradum jurisdictionis: Epiſcopos unius provinciæ a metropolitano convocari, hanc eſſe ſecundam ſynodum & ſuperiorem ſpeciem jurisdictionis: Epiſcopos plurium provinciarum a primate congregari, & ſic tertium ſynodi & jurisdictionis gradum conſtitui: Synodum deinceps multarum diœceſeon convenire & congregari autoritate Patriarchæ, & hinc conſpici quartum gradum jurisdictionis: tandem ſynodum totius Orbis terrarum ab nullo alio, niſi qui caput eſſet totius Eccleſiæ univerſalis, congregari poſſe. Et hunc eſſe quintum & ultimum jurisdictionis gradum, ultra quem ulterior eſſet nullus. Quos ita explicat Franciſcus Bosquetus *ad Innocentii III. Epiſt. 5. lib. 1.*

§. 7. Poterant hæc videri optime ſibi cohærere, ſi & jurisdictio propriedicta competeret Eccleſiæ, & Regnum Chriſti eſſet de hoc mundo. Dum vero hoc negat ipſe Eccleſiæ fundator, *Johann. XVIII, 36.* & illud peregrinum plane ſit ἀξίωμα, atque a ſpirituali regimine alienum, ipſum totum, quod ſuperſtruitur ædificium, ut corruat, neceſſe eſt. Quod ſi vel maxime tale aliquid admittatur, an putabimus, gradationem iſtam, quæ in aliquo ſummo regente deſinit, felicius procedere in Eccleſia, quam Republ. civili? Imo vero, cum regimen cœleſtis illius & myſtici Regni multo majoribus difficultatibus involutum ſit, quam civile & ſeculare imperium, & hoc ab uno aliquo capite per totum terrarum orbem diffundi natura impoſſibile ſit, viresque humanas prorſus excedat, male omnino proſpectum erit Eccleſiæ, ſi ab unius ore omnes pendere oporteat, ejusque regimen uni alicui, ſæpenumero parum prudenti, & multis flagitiis contaminato committatur.

§. 8.

§. 8. Hierarchia igitur talis, quæ visibilem Ecclesiæ in terris monarchiam inducit, omni destituitur fundamento, & metas humani imperii excedit, nec DEO utilis fuit visa. Et quid vero commune est regno & Ecclesiæ? Diversi utriusque sunt fines, diversi modi gubernandi. Vt maxime ergo inter seculares potestates eminentior videatur illa, quæ uni soli competit, eam tamen non aliter Ecclesiæ applicare licet, nisi quatenus illa est corpus mysticum & sub uno capite spirituali, quod ipse est Salvator, colligitur, & coagmentatur. Ab hoc capite, qui constituti fuerunt Apostoli, parem potestatem acceperunt. Christus enim, advocatis duodecim discipulis suis, dedit eis potestatem adversus spiritus impuros, ut ejicerent eos & curarent omnem langvorem, & omnem infirmitatem. *Matth. X, 1. Luc. IX, 1.* Eodem modo omnibus dicit: *Sicut misit me Pater, ita & ego mitto vos, Joh. XX, 21.* Item: *Euntes docete omnes gentes &c. Matth. XXVIII, 19.* Pariter itaque omnes missi sunt, pariter Apostoli constituti, pariter hoc munus expleverunt, neque potestate eorum quisquam altero superior fuit. Si qua Petro specialis competiit prærogativa, quam nonnulli Patres observant, ea ordinis tantum fuit & honoris, non potestatis, qualem nunc fingunt Ecclesiæ Romanæ Doctores. Vid. Is. Casaubon. *Exercit. 15. n. 12.* Digna sunt, quæ hic legantur verba Anacleti Pontificis Rom. apud Gratianum *C. In novo. Dist. 21.* extantia: *Ligandi solvendique potestatem primus accepit Petrus a Domino: primusque ad fidem populum suæ prædicationis virtute adduxit, verbaque instituit. Cæteri vero Apostoli cum eodem pari consortio honorem & potestatem acceperunt, ipsumque principem eorum esse voluerunt.* Horum verborum optimum interpretem agere potest Origenes, dum *homil. I. in Matth.* ita scribit: *Num putas soli Petro claves regni cœlorum datas*

esse? minime vero, quia Johann. 20. ad omnes dicit: Accipite spiritum sanctum, quorumcunque remiseritis peccata, remissa erunt: quasi omnibus talibus constitutis, qualis erat & Petrus.

§. 9. Vt maxime vero hierarchiam talem in Ecclesia, quæ monarchiæ, non spirituali tantum, sed seculari etiam, materiam substernat, haudquaquam admittamus, longe tamen absumus ab iis, qui inter ministros Ecclesiæ talem statuunt paritatem, ut nec ordinis προστασίαν assertam velint, & omnibus personis indifferenter eandem in Ecclesia autoritatem tribuunt. Absit a nobis, ut ordinem, quem ipse Spiritus S. observatum voluit, & sine quo consistere haud potest Ecclesia, abolitum velimus. Quemadmodum enim inter membra corporis humani propter necessarium magis influxum & conservationem totius alia magis, alia minus necessaria, nobiliora alia, alia ignobiliora dicuntur, quæ similitudo est Apostoli *1. Cor. XII, 14. seqq.* ita etiam inter ministros Ecclesiæ pro ratione objecti circa quod quisque versatur, & prout magis ratione officii sui influit ad conservationem totius corporis mystici, majorem meretur honorem, & reliquis potior habetur. Et sic igitur pergit Apostolus *vers. 27. seq. Vos autem estis corpus Christi & membra de membro. Et quosdam quidem posuit DEVS in Ecclesia, primum Apostolos, secundo Prophetas, tertio Doctores, deinde virtutes, opitulationes, gubernationes, genera lingvarum. Numquid omnes Apostoli? numquid omnes Prophetæ? numquid omnes Doctores? numquid omnes virtutes? numquid omnes gratiam habent curationum? numquid omnes lingvis loquuntur? numquid omnes interpretantur? &c.*

§. 10. Similem enumerationem, sed paulo conciſiorem, facit idem S. Paulus *Ephes. IV, 11. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos: quosdam autem Prophetas: alios vero Evan-*

vangelistas: alios autem Pastores & Doctores, ad consummationem Sanctorum in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi. Omitit δυνάμεις, quarum mentionem fecerat in *Epist.ad Corinth.* h. e. eos, qui virtute divina certis donis spiritualiter instructi erant, vel instruendi & consolandi, vel lingvis variis loquendi, vel lingvas peregrinas exponendi, vel spiritus discernendi. Refert autem quadruplicem ordinem eorum, qui in ministerium verbi divini adsciti fuerunt, & Christo Domino Ecclesiam colligere debuerunt, Apostolorum scilicet, Prophetarum, Evangelistarum, pastorum itidem ac Doctorum, quorum priores tres extraordinarii fuerunt, quippe quos non semper, sed ad certum tantum tempus existere DEUS voluit. Pastores autem & Doctores ordinarii etiamnum sunt, quales post prima Christiani nominis initia perpetuo in Ecclesia fuisse deprehendimus. Et hi sunt illi, qvi ab Apostolis & eorum discipulis certis particularibus Ecclesiis præfecti fuerunt, quique deinceps ad nostra usque tempora successores habuerunt, eodem modo certis gregibus præpositos & addictos. Vid. omnino Mart. Chemnit. *in Exam. Concil. Trid. de Sacram. ord. c. 2.*

§. II. Aucto fidelium numero, cum subinde Ecclesiæ particulares crescerent, adeoque ministros quoque eis inservientes augeri oportuerit, officia, quæ antea ab uno expleri poterant, distingvi & inter plures dividi cœperunt. Sed & ipsa nomina, quæ communia ab initio fuerunt, distinctionem hinc receperunt. Διακονίας enim vocabulum in genere ab initio ministerium verbi denotavit, qvod & Apostolis & Apostolicis viris commendatum fuit, uti ex actis Apostolorum variis in locis patet, qui proinde & ipsi diaconi dicti fuerunt, *1. Cor. III, 5. 2. Cor. III, 6. c. VI, 4. c. XI, 23.* & passim. Quin & post Apostolos ipsi Episcopi, qvi deinceps

dicti

dicti fuerunt, non respuerunt sibi diaconorum nomen tribui, qui propterea ministros reliquos condiaconos suos quandoque appellare consveverunt, uti adversus autorem quæstionum in V. & N. T. exemplis ostendit David Blondellus *Apolog. de Episc. & presbyt. sect. 2. sub num. 21.* Joh. Mabillon *de re diplomat. lib. 2. cap. 2. n. 16.* Sic & presbyteri vocabulum commune erat olim omnibus pastoribus, & ipsis adeo Episcopis, ita ut nunc quoque Episcopi ad Coëpiscopos scribentes, eos συμπρεσβυτέρους, conseniores, seu consacerdotes & comministros appellare soleant. Quæ tamen nomina propter officia, quæ sustinentur, distincta deinceps fuerunt. Vid. Claud. Espencæ. *digress. lib. 1 cap. 2.*

§. 12. Totum igitur fundamentum diversi honoris & dignitatis, quæ est inter ministros Ecclesiæ, consistit in diversis functionibus propter diversitatem objectorum, circa quæ non omnes versantur æqualiter, neque etiam versari possunt aut debent æqualiter. Ipse DEus, uti dixi, ordinem inter eos fecit, donorum varietate & differentia, & ita quidem, ut etiam inter prophetas, quorundam prophetarum spiritus & actiones aliorum prophetarum judicio subjici debeant. *1. Cor. XIV, 32.* Etsi vero ex officiis ab Apostolo commemoratis desierint extraordinaria ista Apostolorum, prophetarum, Evangelistarum, &c. mansit tamen distinctio objectorum & adhærentis dignitatis inter illa officia, quæ adhuc supersunt, quæque insuper fuerunt addita. Nec enim putandum est ordines ministrorum Ecclesiæ certo & necessario numero vel a DEO esse præscriptos, vel ab Apostolis usurpatos, ut pro ratione circumstantiarum cujusque Ecclesiæ minui aut augeri omnino nequeant. Plurima namque istiusmodi officia, & ea præsertim, quæ minores ordines Canonistis dicuntur, commoditatis & decori gratia ab hominibus

nibus introducta sunt, neque si bene usurpentur, reprehendi possunt omnia, quanquam sint aliqua in Ecclesia Romana, quæ nudum nomen gestant, nulliusque plane usus sint. Sed ipsa tamen, quæ usum adhuc aliquem præstant, necesse est, ut distinguantur ab aliis essentialibus officiis, quibus Ecclesia carere haud potest. Et tum facile patebit, cujusque gradus prorogativa.

§. 13. Quemadmodum autem plures unius particularis Ecclesiæ possunt esse ministri, & illa particularis Ecclesia unum aliquod corpus constituit sibi sufficiens, nec dependens ab alio aliquo: ita porro, si plures aliquæ particulares Ecclesiæ ad invicem considerentur, fieri potest, ut eleganti harmonia inter se consentiant, & unum quasi aliquod corpus constituant, nec tamen ab invicem dependeant, & aliquam earum potestate superiorem reliquæ observare teneantur. Inter particulares namque istas Ecclesias est relatio & unio non καθ' ὑπεροχὴν, ut inter matrem & filiam, dominam & subjectam, caput & membra, sed κατ' ἰσότητα, ut inter pares collaterales, haud secus ac membra σύσσωμα, aut sorores in una familia. Omnes Ecclesiæ particulares sorores sunt consanguineæ eodem semine incorrupto genitæ, in eadem familia Catholica educatæ, membra ejusdem capitis Christi, palmites ejusdem vitis, coheredes ejusdem hereditatis.

§. 14. Sed nec illud diffiteor, posse plures Ecclesias particulares sub una aliqua eminentiore uniri & in unum corpus coire, quomodo plures Ecclesiæ Episcopales sub una Metropolitana, plures metropolitanæ sub una patriarchali collectæ fuerunt olim, & colligi adhuc solent. Episcopi enim magnarum Urbium Ecclesias adjacentes regebant, & si quando Episcopos ad novas Ecclesias fundandas mitterent,

jus sibi aliquod in istiusmodi Ecclesias reservabant, quale etiam reservatum quandoque fuit in regimine civili matribus, sive illis Vrbibus, ex quibus coloniæ deductæ fuerunt, idque plerumque situm erat in quadam reverentia, quam exhibere etiam solet soror sorori ætate aut virtute præstantiori. Sed enim sicut laudabile est, & rectæ rationi conforme, tum & Christianæ pietati consentaneum, ut Ecclesia recentior antiquiorem, a qua doctrinam & Doctores accepit, reverenter habeat & veneretur: ita iniquum fuerit, si eo nomine antiquior in recentiorem perpetuum magisterium vel dominium sibi arroget.

§. 15. Ipse ille ordo, qui est inter Ecclesias, ut alia patriarchalis, alia metropolitana, alia Episcopalis, & proinde earum præsides alius patriarcha, alius metropolitanus aut archiepiscopus, alius simpliciter episcopus diceretur, non aliunde natales suos habet, nisi ex civili eminentia atque dignitate Vrbium, quas inhabitabant Episcopi. Neque nos improbamus talem hierarchiam & gradationem, dummodo ne adscendatur ulterius ad monarchicam aliquam exsuperantiam, quippe quæ natura impossibilis est, & ipsi inter se patriarchæ & metropolitæ meminerint; pastores se esse Ecclesiarum, non dominos, & si adinvicem comparentur, pari in honore se esse, nec alterum ab alterius arbitrio dependere. Quam æqualitatem cum suæ intentioni minus convenire vidissent Episcopi Romani, atque hinc potestatem sibi arrogarent in omnes universi terrarum orbis Ecclesias exorbitantem plane & infinitam, neque corrigi & emendari ea res amplius posset, putarunt Imperatores Romani, minuendam saltem esse enormem illam ἐξοχήν; nec fieri id aliter posse, nisi per æqualem Episcopi Constantinopolitani potentiam, & evectionem, quam illi propterea benigne contulerunt.

§. 16.

§. 16. Et si vero Ecclesias particulares omnes æquales, statuamus, neque alteri in alteram imperium aut dominatum tribuamus, non facimus tamen cum illis, qui independentes hodie dicuntur in Anglia, qui subordinationem talem nulla ratione admittunt, & quamlibet Ecclesiam particularem, etiam paucarum personarum, plenam habere & independentem a synodis potestatem atque jurisdictionem statuunt. De quibus videri potest Georg. Hornius *in Histor. Eccles. Art. 2. n. 48.* Joh. Hornbeck *in summ. controv. lib. 10.* Postquam enim Angli eliminato Episcopatu non statim paratum habuerunt ordinem, ad quem Ecclesiæ regerentur, existimarunt Independentes, & plurimi alii, qui cum illis faciunt, Ecclesiam quamvis particularem totam sui juris esse, & habere in se omnem potestatem Ecclesiasticam, supremam, non alteri Ecclesiæ, aut Ecclesiis, aut Ecclesiarum deputatis vel synodis subjectam, atque minus ac Episcopis. Nos vero, ut maxime æqualitatem inter Ecclesias statuamus, id tamen tribuimus synodis & conciliis, ut sicuti in omni societate universitas singulis est nonnihil superior, ita etiam in corpore tali, quod in Ecclesia repræsentativa ex pluribus Ecclesiis particularibus constituitur, necesse est, cedant singulæ universis aut majori parti, tanquam aliquatenus superioribus.

§. 17. Cæterum, quos Paulus Apostolus pastores & Doctores vocabulis paulo strictius acceptis appellavit, illi alibi in sacris literis Episcopi & presbyteri dicuntur. Et hæc ipsa etiam nomina in Scriptura sacra promiscue accepta fuerunt, nec distincti tum fuerunt presbyteri ab Episcopis, uti patet ex *Actor. XX, 17.* collata cum *versu 28. Tit. I, 5.* collato cum *vers. 7. 1. Petr. V, 1. & 2.* Diserte Hieronymus *in Epist. ad Tit. Idem est ergo presbyter, qui Episcopus, & ante, quam diaboli in-*

instinctu studia in religione fierent, & diceretur in populis: Ego sum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephæ, communi presbyterorum consilio Ecclesiæ gubernabantur. Postquam vero unusquisque eos, quos baptizaverat, suos putabat esse, non Christi, in toto Orbe decretum est, ut unus de presbyteris electus superponeretur cæteris, ad quem omnis Ecclesiæ cura pertineret, & schismatum semina tollerentur. Et addit porro: *Sicut ergo presbyteri sciunt, se ex Ecclesiæ consvetudine ei, qui sibi præpositus fuerit, esse subjectos: ita Episcopi noverint, se magis consvetudine, quam dispositionis dominicæ veritate presbyteris esse majores & in commune debere Ecclesiam regere.* In eandem sententiam etiam Chrysostomus, dum in rationem inquirit, cur Apostolus ordines sacros de partibus officii cujusque informaturus, ab Episcopis illico ad Diaconos progressus fuerit *1. Tim. III, 8.* nulla omnino facta mentione presbyterorum, hæc verba subjungit: *Cur hoc quæso? quia non multum interest. Nam & presbyteri assumpti sunt ad docendum populum & ad præfecturam Ecclesiæ: Ideoque quæ de Episcoporum ordine dixit, etiam presbyterorum ordini congruunt. Sola enim impositione manuum adscenderunt Episcopi supra presbyteros, & hoc solum lucri videntur præripuisse presbyteris.* Conf. Dav. Blondell. *Apol. de Episc. & presb. per tot.*

§. 18. Hieronymi ista verba quantum negotii facessant Pontificiæ Ecclesiæ Doctoribus, notius est, quam ut explicari hic oporteat, adeo, ut Alfonsus Castrensis, quem refert Sixtus Senensis *in bibl. lib. 6. annot. 324.* haud vereatur asserere, Hieronymum hac in parte errasse. Sed habet tamen Hieronymus plures secum consentientes a Sixto Senensi d. l. adductos, quos omnes erroris arguere temerarium foret. Et agnovit novissime Johannes Cabassutius *in notit. Eccles. dissert. 12.* juvari sententiam Hieronymi non solum ex promiscua

miscua vocabulorum Episcopi & presbyteri in Ecclesia Apostolica usurpatione, sed etiam ex communi presbyterorum consilio; dum operam & ministerium eorum in consortium laboris & sollicitudinis assumere soliti fuerint Pontifices, & insuper ex eo, quod Apostolorum ætate extiterint Episcopales seu Cathedrales Ecclesiæ, quarum maxima pars sub regimine sacerdotum minorum steterint nullo præsente Pontifice. Valde frivola autem videtur eorum sententia, qui admittunt, tempore Apostolorum nondum factum fuisse distinctionem vocabulorum, ex eo tamen male colligi ajunt, quod iidem prorsus fuerint Episcopi & presbyteri.

§. 19. Quod si ergo quæratur, an pastorum & Doctorum Ecclesiæ, quos promiscue presbyteros & Episcopos in Scriptura appellari dixi, jure divino & ex speciali Christi vel Apostolorum instituto debeant esse distincti ordines, ita ut non modo quædam officia Ecclesiastica obire possit unus, quæ alteri in eodem loco verbi divini ministro obire nefas sit; sed etiam tanta esse debeat unius autoritas & potestas, ut circa sacra constituere solus possit omnia, exclusis cæteris, qui ejusdem Ecclesiæ ministerio addicti sunt? in promptu est responsio, neutiquam id jure divino constitutum fuisse, neque hoc ex Sacra Scriptura probari posse. Non diffitemur tamen, vocabula, Episcopus & presbyter, jam antiquissimis temporibus cœpisse distingvi, ut non promiscue quemvis Ecclesiæ pastorem vel Doctorem denotarent amplius, sed illud adhiberetur ad significandum illum, qui inter Doctores unius particularis Ecclesiæ primus erat & præcipuæ autoritatis, hoc vero ad denotandos illos, qui præter primum illum in eadem Ecclesia docebant. Qua autem ætate distinctio ista exorta primum fuerit, nihil nunc attinet investigare. Vid. Joh. Dallæus *de Epist. Ignat. cap. 26.* Joh. Pearson. *in vindic. part. 2. c. 13.*

§. 20. Ex dictis patet, mediam nos incedere viam, & neque ab eorum ſtare partibus, qui officia Epiſcoporum & presbyterorum jure divino diſtincta fuiſſe, ſtatuunt, neq; illorum ſequi ſententiam, qui nullum omnino inter miniſtros Eccleſiæ ordinem introductum cupiunt, ſed ad paria ubique officia eos admittunt. Exeunte ſeculo ſuperiore priorem ſententiam propoſuerat Hadrianus Saravia in Flandria primum & Hollandia, deinceps in Anglia Reformatæ Eccleſiæ paſtor, ſcripto libro *de miniſtrorum Evangelii diverſis gradibus*. Quem cum accepiſſet Theodorus Beza, ejusdem Eccleſiæ apud Genevenſes πρόμαχος, peculiare oppoſuit ſcriptum, totum contrarium; atque huic viciſſim reſpondit Saravia addita proteſtatione, ſe invitum plane cum Beza, a quo nihil tale expectaſſet, congredi. Uti vero Saravia, dum pro Epiſcoporum dignitate adſtruenda laborat, in alteram hanc partem nimium deflectit: ita Beza graviſſime illos errare pronunciat, qui dignitatum gradus inter miniſtros Eccleſiæ admittant. Uterque ſuos habet ſectatores, prior quidem illos, qui Epiſcopalis ὑπεροχῆς originem ad Apoſtolos referunt, quales præcipui ſunt Scriptores quidam Anglicani, inter quos eminent Thomas Bilſonus Epiſcopus Wintonienſis *libr. de perpet. Eccleſ. Chriſt. gubernat. cap. potisſimum 14.* & noviſſime Joh. Pearſon *d. l.* Ab hoc vero quin errorum ſuorum ſeminia acceperint, qui Puritani dicuntur in Britannia, dubium non eſt, eumque idcirco non male Puritanorum patriarcham vocat Johann. Conrad. Danhauer. *Theol. conſcient. tom. 1. part. 2. Dial. 3. quæſt. 14.* Laudo tamen modeſtiam Saraviæ, dum de ſe ipſo ſcribit in præfat. *Gratia DEO, ego fratres meos ſuperiores poſſum ſine invidia pati, & æquales ac inferiores ſine contemptu ac faſtidio.*

§. 21. Sane a pluribus ejusdem Eccleſiæ miniſtris collegi-

legium aliquod conſtitui nemo eſt, qui negat. Quemadmodum igitur naturali ratione in omni collegio ordo aliquis obſervatur, nec ſine tali ordine expediri quicquam poteſt, quandoquidem omnibus ſimul eodem ſpiritu unum idemque agere haud licet, & per conſequens alter alteri in ſtando, ſedendo, ſuffragia ferendo præferri debet: ad eundem modum etiam in Eccleſiaſtico iſto collegio, quod præ cæteris omnibus τάξιν ϗ εὐσχημοσύνην obſervare debet, idem ut contingat, neceſſe eſt. Svadet autem naturalis ratio porro, ut πρωτοςασίαν & πρωτοκλισίαν habeat ille, qui ſive προγενεσίας jure & ætate, ſive ſingulari ſuo merito reliquos antecellit, utque is conſulendo, monendo, hortando aliis præeat, ſuffragia in cauſis dubiis colligat, autoritate ſua univerſam actionem moderetur, ſecundum pluralitatem concludat, atque id, quod ita decretum eſt, cum prudentia exſequatur. Atque iſtiusmodi ordinem ab ipſis primis initiis in Eccleſia obſervatum fuiſſe, etiam inter Apoſtolos, ſi quando in unum convenerint, concedendum omnino eſt. Sed iſta prærogativa, quam habuit ille, qui primus fuit in ordine miniſtrorum Eccleſiæ, nullum omnino dedit poteſtatem in reliquos, & admodum parum illum unum differre faciebat a cæteris.

§. 22. Hunc in modum ſe habuerunt primæ Eccleſiæ particulares, & paſtores earum, ſi plures numero fuiſſent. Mox tamen πρωτοςασία illa latius extendere & dilatare fimbrias atque exortem quendam honorem ac poteſtatem ſibi vindicare cœpit, & aliquando quidem magno cum Eccleſiæ emolumento. Etſi enim ſub teneris Chriſtiani nominis initiis, cum Eccleſia inter perſecutiones valde afflicta gemeret, poteſtas iſtiusmodi haud neceſſaria eſſet, quod unusquisque muneri ſuo incumberet ſtrenue, & promptiſſimo animo ſine monitore faceret, quæ ad ſacrum officium pertinebant

nebant, quodque omnium illorum tum esset una voluntas, una anima, neque dissensionum semina inter ipsos facile spargerentur, multo minus, si sparsa fuissent, succrescerent; postea tamen, cum a prisca illa morum sanctimonia recederetur, & tum negligentiores in officio tum vitiosiores quandoque fierent ministri Ecclesiæ in vitæ ratione, publico bono receptum fuit, ut unius inter plures Ecclesiæ particulares ministros singularis quædam esset eminentia & potestas, cui reliqui subjecti esse deberent. Et hic dictus fuit speciali nomine Episcopus, eum præcipue in finem ad istam ὑπεροχὴν evectus, ut sibi subjectos ministros Ecclesiæ ὁμοψήχους servaret, & in schismatis remedium, ut loquitur Hieronymus *Epist. 85.* munus istud sustineret.

§. 23. Nec tamen in laudabili isto instituto & limitibus istis contineri diu potuit Episcoporum illa præcellentia, accedente, uti in rebus secundis fieri solet, ambitione & avaritia, sive πλεονεξία, quæ Episcopis & ἱερατικοῖς fere omnibus propria quasi sunt & peculiaria vitia. Tale quid ineunte seculo quinto ab Alexandrinis Episcopis primum commissum fuisse notat Socrates *Hist. Eccles. lib. 7. cap. 7. Ex eo tempore*, inquit, *Episcopi Alexandrini sacerdotalem gradum atque ordinem supergressi, principatum quendam obtinere & cuncta pro imperio agere cœperunt.* Præiverant præsules Romani, qui similem sibi potentiam atque potestatem vindicabant, uti idem notat Socrates *cap. 11. Episcopatus Romanus*, inquit, *perinde atque Alexandrinus ultra sacerdotii fines progressus, jam olim in dominationem degeneraverat.* Et ex hoc dominatu tandem prodiit sacra illa monarchia, in qua conservanda tanti etiamnum excitantur fluctus, ut integræ quandoque evertantur Respublicæ, & ipsa salutis æternæ fundamenta radicitus evellantur. Sed de hoc dominatu alibi dixi plenius.

§. 24. Di-

§. 24. Diſtinctio iſta, de qua dixi, Epiſcoporum a presbyteris ſenſim ſua accepit incrementa, neque in nervum erupit uno quaſi actu. Sola erat ab initio πρωτοςασία & πρωτοκλισία, quæ diſcrimen faciebat. Accedebant deinceps ſingularia quædam & peculiaria πρεσβεῖα, quæ vel ſponte cedebant presbyteri, vel ab Epiſcopis uſurpabantur & reliquis Eccleſiæ miniſtris eripiebantur, quod de ordinandi poteſtate haud obſcure prodidit Chryſoſtomus, ſed quæ tamen omnia ſenſim invaluiſſe perſvaſum habeo. Sic igitur creditum deinceps fuit, neminem niſi Epiſcopum poſſe ſacerdotes conſecrare, altaria erigere, Eccleſias dedicare, chriſma conficere, chriſmate baptizatorum frontes ſignare, publice in miſſa pœnitentes reconciliare, formatas epiſtolas mittere, & quæ ſunt alia, quæ referuntur in ſuppoſititia Damaſi *Epiſt.5.* Et ea igitur hinc negamus jure divino & ex mandato Chriſti aut Apoſtolorum Epiſcopis ſolis competere, concedimus autem, licuiſſe Eccleſiæ talia ſeorſim Epiſcopis committere. Quo pertinet canon 7. Concilii Hiſpalenſis II.

§. 25. Quandoquidem autem diverſimode ſe habeant officia, quæ Epiſcopis hodie tribui ſolent, probe diſtingvenda ſunt ea, quæ eſſentialia dici poſſunt, ab illis, quæ accidentalia ſunt & ex primo inſtituto haud competierunt. Ad eſſentialia refero poteſtatem docendi verbum, adminiſtrandi Sacramenta, ligandi & ſolvendi &c. iſta ſcil. officia, quæ ab initio commiſſa fuerunt paſtoribus animarum, & ſine quibus ex inſtituto Chriſti tales eſſe non poſſunt. Et in his Epiſcopum nihil præcipui habere conſtanter aſſerimus. In accidentalibus vero, qualia ſunt, diſponere res Eccleſiaſticas, regere alios paſtores, curam & inſpectionem aliarum Eccleſiarum habere &c. inæqualitas quædam poſt Apoſtolorum ætatem invaluit, ſecundum quam Epiſcopi presby-

teris superiores esse cœperunt. Nec enim, quod jam supra dixi, inæqualitas ista juri divino suam debet originem; quippe quod solum essentialia ministerii describit, & institutis pastoribus committit, nec tamen prohibet, quo minus ordinem inter eos statuere liceat, & quidem prout Ecclesiæ cuique placuerit. Ἐπισκοπὴ igitur, quatenus pastoratum ipsum & presbyterium, secundum primum Scripturæ significatum & in usu primitivo denotat, divino: quatenus presbyterio præcellit, Ecclesiastico: quatenus dominatum ac regium aliquod ἀξίωμα involvit, nullo prorsus jure nititur.

§. 26. Cæterum cum admodum varia sint jura Episcopalia, quæ a Canonistis vulgo recensentur, & inter ea existant, quæ principibus jure proprio imperii competunt, Episcopi autem vel vi rapuerunt aliquando, vel non animadvertentibus Principibus involarunt, vel liberaliter concessa ita propria sibi fecerunt, ut jure suo sibi competere assererent, neque ut beneficium agnoscerent, post reformationem Principes Evangelici vi potestatis, quæ illis ex instituto divino circa sacra & Ecclesiam competit, præcipua illa jura, Episcopalia hactenus dicta, quodam quasi postliminii jure sibi vindicarunt & ab injustis possessoribus recuperarunt, ita tamen, ut ea, quæ solis Ecclesiæ ministris propria dixi, illis integra relinquant, neque attingant facile, nisi quatenus externis quibusdam circumstantiis vestiuntur, quas imperio Principis subjectas esse, ipsa earum conditio ostendit. Reliqua vero imperio suo adhærentia vel ipsi expediunt suo nomine immediate, reservata Principis propterea dicta, vel mediate per Consistoria & judicia Ecclesiastica a se constituta, Principis personam repræsentantia, ejusque autoritate causas expedientia.

§. 27. Vt igitur constet, qualis in terris Principum Evan-

vangelicorum & Saxonicis potiſſimum extet hierarchia, tenendum eſt, quemlibet principem provinciam ſuam in certas diœceſes diviſam habere, quarum unaquæque certi Superintendentis curæ commiſſa eſt. Cumque in tali diœceſi plures inveniantur parochiæ,maxime paganæ & rureſtres, unaquæque iſtarum ſuum habet parochum, qui paſtor communiter dici apud nos ſolet, eo quod verbi divini prædicatione gregem DEI paſcat, ad exemplum paſtoris primarii, ipſius Chriſti Salvatoris noſtri, *Joh. X, 11.* Et hi tales paſtores omnes Superintendentem ejus diœceſeos, ut ſuperiorem ſuum venerari, in negotiis dubiis conſulere, ejusque monitis & præceptis obtemperare tenentur. Neque alia eſt conditio diaconorum & Archidiaconorum in oppidis, ubi ex pluribus perſonis miniſterium Eccleſiaſticum conſtat, quippe qui & ipſe vel paſtorem ſibi præfectum habent, vel Superintendentis regimini immediate ſubſunt. Supra iſtos, quos dixi, Superintendentes, alicubi ſunt alii, qui Generales Superintendentes dicuntur, & plures Superintendentes ſub ſe habent, curæ & inſpectioni ſuæ commiſſos. Et ſic enim conſtitutum legitur in Ordinatione Eccleſiaſtica Electorali Saxonica, *tit.* von der *Viſitation &c.* Haben Wir in unſern Chur-Fürſtenthumb und Landen folgende Superintendentz und Viſitation-Ordnung fürgenommen / und dieſelbe in etliche General theilen laſſen / daß in jedem ein General-Superintendens ſeyn ſoll / deme ſeine Special-Superintendenten, ſamt derſelben Adjuncten nach Gelegenheit eines jeden Orts unſerer Lande zugeordnet / und demnach jeder eine gewiſſe Anzahl Pfarrer und Kirchendiener in ſeinem Befehl habe / auf welche Sie ihre ſtetige unnachläßige Inſpection und Auffſicht haben ſollen.

§. 29. Sed cum juriſdictio etiam neceſſaria eſſet, per

 quam

quam causæ Ecclesiasticæ prævia sufficienti cognitione dirimi, & si qua alia occurrerent dubia, decidi possent; nec etiam Superintendentes concessam haberent, quod illi uni minus sufficientes ei rei viderentur, forum aliquod speciale constitui oportuit, in quo non pastores tantum, sed ipsi etiam Superintendentes & generales Superintendentes conveniri possent. Judicia ista Ecclesiastica Consistoria hodie dicuntur, pressius sumpto vocabulo, cum alias Consistorium in jure nostro appelletur locus ille, in quo, qui Principi sunt a consiliis, consistunt, & salutaria ei consilia suggerunt. Anton. Perez. *ad tit. Cod. de Comit. Consistor.* Marcell. Donat. *ad Ammian. Marcellin. lib. 16.* Henric. Vales. *ad eund. p. 80.* Atque ad ista judicia ab ipso Principe eliguntur tum Ecclesiasticæ, tum secularis conditionis Viri, eum in finem, ut conjunctim causas Ecclesiasticas examinent, collatisque sententiis finem imponant, aut si graviores fuerint, relatione facta Principis sententiam expectent. Supra enim ista, quæ constituta fuerunt, Consistoria adhuc eminet Senatus Ecclesiasticus, in quo de reservatis & exceptis specialibus juribus Ecclesiasticis, deq; causis illis, quibus vel ob rei naturam, vel ob contemptum potentiorum Consistoria haud sufficiunt, tractari solet. Vid. Carpzov. *Jurispr. Consist. lib. 1. def. 12.* Quo pertinent verba Ordinationis Eccles. Elect. Saxon. *tit.* vom Ober-*Consistorio*: bey welchen (Ober Consistorio) die andern beyden Consistoria in vorfallenden angelegenen Sachen/ die belangen ihrer Urtel und decreten execution, der Kirchen Bestellungen/ der Diener Lehr und Leben/ oder was des seyn mag/ darinnen Sie unsere Hülffe bedürffen/ sich Raths erhohlen mögen und sollen. Et tum enim non nomine Præsidentis & Assessorum, sed nomine Principis per modum Rescripti quid faciendum sit, responderi solet. Idem repetitum *sub*

ru-

rubric. Von Amt der General-Superintendenten: Wenn aber eine Sache so beschwerlich und straffbar/ daß weder der Superintendens rathen können/ noch das Consistorium, dahin er verwiesen/ gebührenden Ernst/ oder schleunige Execution thun wolte/ soll der Superintendens solches an unser Ober-Consistorium, mit seinen/ oder da es vonnöthen/ auch der Amtleute/ Schösser/ Erb- oder Gerichtsherren guten/ satten/ gründlichen Bericht gelangen lassen/ darauf alsdenn in das andere Consistorium, dahin solche Sachen gehörig/ ernstlicher Befehl erfolgen soll.

CAPUT III.

De Nomine Superintendentis.

§. 1.

QVi Episcopi dicuntur apud Græcos, planissima versione Latinis Superintendentes dici possunt, sive Superattendentes, cum utrumque hodie in usu sit. Isidorus apud Gratianum *C. Cleros. Dist. 21.* Episcopus *vocabulum inde dictum est, quod ille, qui efficitur Episcopus, superintendat: scilicet curam gerens subditorum. Σκοπεῖν enim Græce, Latine intendere dicitur. Episcopi enim græce, latine speculatores interpretantur. Nam speculator est præpositus in Ecclesia: ideo dictus, eo quod speculetur & prospiciat populorum infra se positorum mores & vitam.* Et Augustinus *apud eund. c. qui episcopatum. 8. q. 1.* Episcopatus nomen est *operis, non honoris. Græcum est enim, aut inde dictum vocabulum, quod ille, qui præficitur, illis, quibus præficitur, superintendit, curam eorum scil. gerens. Σκόπος quippe intentio est. Ergo Episcopos si velimus latine superintendentes possumus dicere.* Et sic etiam Glossa ad *C. Fratrem. Dist. 86.* dum explicat, quid sit va-

cuum nomen Episcopi tenere, prout dicitur in textu, ait: *Quoad etymologiam, quia non est superintendens.* Nec aliter vocabulum Episcopi explicat Hieronymus apud Gratianum *C. Legimus. Dist 93.* Græce, inquit, *significantius dicitur,* 'ἐπισκοποῦντες, *i. e. superintendentes, unde & nomen episcopi tractum est.*

§. 2. Eadem etymologias & significationis ratione in quibusdam Ecclesiis *Inspector* dicitur, qui nobis Superintendens est. Gerhard. Joh. Vossius *in Etymolog. vocab. Episcopus.* Nicolaus I. Pontifex Superinspectorem dixit, ut augeret significatum, *epist. 12. in append.* Siquidem, inquit, *& frustra speculatores dicimur, si venientem lupum a longe non cernimus. Frustra enim Episcopi, i. e. superinspectores vocamur, si futurum exitum per antecedentia signa minime contemplamur.* Atque hoc vocabulum familiare fuit Apollinari Sidonio, qui *lib. 6. epist. 1.* ita alloquitur Papam Lupum: *Benedictus Spiritus S. & Pater DEI omnipotentis, quod tu Pater Patrum, & episcopus episcoporum, & alter seculi tui Jacobus de quadam specula charitatis, nec de inferiore Jerusalem tota ecclesiæ DEI nostri membra super inspicis &c.* Et Faustum *lib. 9. epist. 3.* in urbem quoque, *cujus ecclesiæ sacra super inspicis, transtulisti.*

§. 3. Græci ipsi non aliter explicant vocabulum idsuum 'Ἐπίσκοπος. Theodorus Balsamon *ad Can. 58. Apostol.* Speculator *enim ideo constituitur, ut quæ sui sunt populi, attendat, & ideo Episcopus est appellatus.* Et Johannes Zonaras *ibid.* Nomen *etiam Episcopi ad sobrietatem ipsum excitat. Nam σκοπὸς nominatus est, h. e. custos, Custodem vero vigilare oportet, non autem otio indulgere. Cathedra propterea constituitur Episcopis in edito & sublimi templi loco, quæ quidem res denotat, qualem eum esse, & quod ab illa sublimitate*

subdi-

subditum populum respicere, valdeque diligenter observare debet. Et sic etiam, qui ab Atheniensibus in Vrbes imperio suo subjectas mittebantur, ut inspicerent, quid apud singulos ageretur, Episcopi, inspectores vel visitatores & observatores dicebantur, uti Suidas refert, verb. Ἐπίσκοπος. Conf. Ludov. de la Cerda *advers. sacr. p. 105.* Claudius Espencæus *ad 1. Timoth. III, 1. pag. 38.* Gvel. Bevereg. *ad Can. 1. Apostol.* Ad eundem igitur modum post Apostolorum tempora receptum est in Ecclesia, ut Episcopi dicerentur, qui presbyteris & diaconis præfecti erant, quod eorum esset oppida, Vrbes, regiones integras lustrare, fideles, clericos presbyteros officii sui admonere, præcepta cuique pro suo vitæ genere præscribere, omnesque & verbis & exemplo ad pietatem erudire. Pet. Jos. Cantelius *de metropol. part. 1. diss. 1. c. 5.*

§. 4. Sunt igitur apud nos Superintendentes nihil aliud, quam Episcopi. Ejusdem criminis reus est, qui Superintendentem & qui Episcopum lædit. Lud. Schrader *de feud. part. 9. c. 3. n. 29.* Et uterque ita dicitur, quod diligens inspectio & cura ministerii itemque rerum aliarum Ecclesiasticarum eis incumbat. Vnde hæc tria, Episcopus, Superintendens & Inspector eandem denotant personam idemque officium. Conrad. Rittershus. *ad Novel. part. 1. cap. 7. n. 10.* Nec est ergo, quod Latinæ Ecclesiæ Doctores nomen hoc Superintendentis risu excipiant, nostrasque Ecclesias, quod nulli in ea inveniantur Episcopi, petulanti lingua ludibrio habeant. Poterant enimvero nostri Superintendentes summo jure Episcopi dici, utpote quam proxime accedentes ad Ecclesiæ initia, quibus Episcopi uni tantum vacabant potestati Ecclesiasticæ, neque politicum sibi convenire putabant imperium. Sed postquam potestas politica, qua sequioribus temporibus intumuerunt Episcopi, suffocavit Ecclesiasti-

asticam, & cura seculi prævaluit sacro ministerio, & jura Episcopalia divinitus concessa in regalia, summis potestatibus atque iis, qui τὸ κύριον tenent, propria, degenerarunt, noluerunt Ecclesiæ nostræ id nomen, quod principibus commune fuit, suis præpositis tribuere, sed modestiore vocabulo Superintendentes aut Inspectores eos appellare decreverunt. Præiverat hac nominis applicatione B. Lutherus im Unterricht der Visitatorn *tom. 4. Altenb. fol. 408.* rubr. von Verordnung der *Superattendenten.* Dieser Pfarrer soll Superattendens seyn / auf alle andere Priester / so im Amt oder Refier des Orts sitzen / sie wohnen unter den Klöstern / Stifften / den von Adel oder andern / und fleißig aufmercken haben / daß in den obbestimmten Pfarren recht und Christlich gelehret 2c.

§. 5. Et hinc intelligi facile potest, quid Generalis Superintendentis vocabulum denotet, & quorsum se referat ejus officium. Nempe, sicut Superintendens simpliciter ita dictus inspectionem habet in pastores sibi in diœcesi sua subordinatos & Ecclesias eorum curæ commissas: ita Superintendens Generalis inspectionem habet non in sua tantum diœcesi, uti illi, sed etiam in reliquis diœcesibus omnibus, quibus præfecti sunt Superintendentes speciales. Idque satis indicant verba Ordinationis Eccles. Elect. Sax. rubr. vom Ammt der *General. Sup.* Damit die Special Superintendenten und derselben Adjuncten unterworffene Pfarrer in gebührenden Fleiß und Treue ihres Amts und Göttl. Beruffs / so viel die Sorge ihrer ihnen von Gott befohlenen Pfarrkinder / und Inspection der andern ieden assignirten Kirchen anlanget / gehalten werden / soll jeder General Superintendens auf seine Special Superintendenten und Adjuncten fürnehmlich seine fleißige unnachläßliche Inspection halten / und mit Ernst sehen / damit

damit jederzeit solche Aemter mit reinen / unverdächtigen / beständigen / aufrichtigen / redlichen / Christlichen / verständigen / eiferigen Personen / so viel möglich / versehen / daß auch jeder seinem Befehl und Amt der Instruction nach / mit fleiß und treulich nachkomme / und hierinnen niemand verschonet werde.

§. 6. Sed obsoleverunt tandem & desierunt in terris hisce Saxonicis Superintendentes Generales tum quoad nomen, tum quoad officium, nisi quod Wittenbergensis nomen istud adhuc retineat. Quo tempore id factum fuerit, & quæ causa hujus mutationis, nihil omnino constat, quod certum esset. Puto ego, expeditiorem visam fuisse viam adeundi illico Consistoria, & ab integro tali Collegio celeriora & solidiora haberi potuisse consilia, & evitari adeo anfractus istos per Superintendentis Generalis sæpe occupati, sæpe absentis, sæpe ægrotantis, sæpe parum affabilis cognitionem præpeditos. Superintendens autem Wittenbergensis ideo forte nomen istud retinuit, vel quod prior tempore & multo ante, quam reliquis id communicatum esset, eo nomine insignitus fuerit, quandoquidem jam tum Joh. Bugenhagium Pomeranum ita dictum fuisse, ex antiquis schedis mihi compertum est, vel quod oppidum Wittenbergense Electoratui Saxonico quasi proprium & indivulse annexum est, atque adeo is in circulo Electorali primam sedem, quæ metropolis dici posset, teneat.

§. 7. Cæterum ad Superintendentes applicari pari jure poterit, quod de Episcopis scripsit Johannes Saresberiensis, deinde Episcopus Carnotensis in policratic. *lib. 5. cap. 16.* Episcoporum *nomen & officium venerabile est, si tanta impleretur sollicitudine, quanta interdum petitur ambitione. Et diligerentur ut Patres, timerentur ut domini, colerentur ut sancti, si exactionibus parcerent & projicerent ex animo, quicquid pro-*

venit ex calumnia & omnem quæstum minime crederent pietatem. Ceterum sibi reverentiam subtrahunt & amorem, dum honores ambiunt, pecuniam cupiunt; & vel suas faciunt, vel alienas calumnias fovent. &c.

CAPVT IV.

Vnde Superintendentes sua habeant πρεσβεῖα & autoritatem.

§. 1.

DIsputatur tum inter Theologos, tum inter civilis prudentiæ Doctores, unde Princeps, sive is, qui *τὸ κύριον* tenet in Rep. suam accipiat majestatem? dum alii populo sive eligentibus eam acceptam ferendam esse contendunt, alii immediate ab ipso DEO conferri statuunt? alii vero tam perplexe loquuntur, ut cui illi sententiæ adhæreant, intelligi vix possit. Ita concedit Franciscus a Victoria *Relect. 3. num 6. 7.* potestatem civilem esse a DEO, sed mox addit, eam radicaliter & inhæsive esse in tota Rep. Mox iterum statuit, *num. 8.* potestatem Regiam esse non a Rep. sed ab ipso DEO; etsi enim Rex a Rep. constituatur Remp. tamen non potestatem, sed propriam autoritatem in Regem transferre, ait. Quæ omnino *ἀσύστατα* videntur.

§. 2. Certa & constantissima est sententia, eaque tum Scripturæ sacræ, tum Doctorum Ecclesiasticorum veterum dictis conformis, unicuique Regum & Principum potestatem, quam habent, immediate a divino numine conferri. *Immediate* inquam, quod verbum ideo repeto, ne quis putet, sentire nos cum illis, qui statuunt principatum politicum, seu potestatem Regiam a DEO per insitam naturæ legem manasse quidem, sed ita ut populo & universitati conce-

cederetur primum, & eorum deinde suffragiis in Reges conferretur, qui adeo plenum imperii sui beneficium non DEO tantum, sed populo quoque accepto ferre debeant. Quam sententiam non modo libertatem Regum imminuere & dignitatem eorum violare, sed & factionibus vires subministrare, imo & in ipsas Scripturas sacras peccare, recte dicit Petrus de Marca *de concord. sacerd. & imp. lib. 2. c. 2. n. 1.* Illa namque regendi potestas jure divino collata est Principi tantum, eique separatim a subditis considerato, non communitati aut populo, neque radicaliter, neque immediate, neque mediate, neque alia quacunque ratione, subjecti adæquati locum obtinente. Joh. Hulseman. *Breviar. cap. 20. supplem. n. 2.*

§. 3. Absurdum hoc videtur illis, qui sententiam contrariam tuentur, quod videant, Reges & Principes a populo eligi, formas Rerumpubl. in populi arbitrio consistere, easque sæpe commutari, ut ita majestas videatur & efficienter in eligentibus hærere. At enim distingvere illi debent inter potestatis a pluribus sive simul, sive successive exercendæ institutionem, & subjecti, quod potestatem jam ante institutam & existentem exerceat, designationem. Ratio applicandi hanc potestatem certis subjectis vel per electionem, vel per successionem, vel per jus belli, ex parte hominum mere humana est, sed potestas ipsa immediate a DEO est. Joh. Hulseman. *in manual. contra Hager. disp. 14. n. 4. seqq.* Potest enim potestas ipsa origine sua divina manere, ut tamen modus applicandi eam variet, imo etsi plane iniquus sit, & non ab honestate tantum, sed omni etiam justitia alienus. Nimirum eligentes applicant non potestatem personæ, sed personam potestati jam ante existenti. Conf. Marc. Anton. de Dominis *de Rep. Eccles. lib. 6. cap. 2.* Joh. Filesac. *de Idololatr. polit. cap. 4.*

§. 4. Sed quorſum hæc? Scilicet, ut oſtenderem, eandem eſſe rationem conferendi poteſtatem Eccleſiaſticam miniſtro Eccleſiæ, quæ eſt in collatione poteſtatis civilis reſpectu principis. Quemadmodum enim princeps a populo electus per iſtam electionem poteſtatem accipit imperandi non ab ipſo populo, ſed a ſolo DEO proxime & immediate; ita etiam miniſter Eccleſiæ per electionem quæ fit a populo, accipit poteſtatem docendi, adminiſtrandi Sacramenta, ſolvendi & ligandi, nec tamen poteſtatem iſtam accipit ab ipſo populo, ita ut ea poteſtas fundamentaliter, radicaliter & habitualiter ſit penes populum, formaliter vero penes miniſtrum Eccleſiæ, quod hac ratione ipſe quoque populus haberet poteſtatem docendi, adminiſtrandi Sacramenta &c. Et ſic igitur populus, perinde uti ſupra de imperandi poteſtate dixi, non applicat poteſtatem iſtam Eccleſiaſticam perſonæ, ſed perſonam poteſtati, eo ipſo dum eligit, & in certam perſonam ſua ſuffragia dirigit. Chriſtus namque in perſona Petri omnibus Apoſtolis & Epiſcopis dedit poteſtatem clavium, & jure ideo gloriari poſſunt omnes, ab ipſo Chriſto poteſtatem ſuam ſe accepiſſe. Vid. omnino Steph. Baluz. ad Servat. Lup. *pag. 422. 423.*

§. 5. Petrus de Marca *d. l. num. 2.* perſtringit eos cum indignatione aliqua, qui hac in parte diſcrimen conſtituunt inter poteſtatem Eccleſiaſticam & Regiam, ita ut illa ab ipſo Chriſto per munus ordinationis conferatur Epiſcopis, qui antea ſuffragiis Cleri & populi ſunt electi, hæc autem a populis per ſuffragia in principem electum transſcribi dicatur. Et recte aſſerit, parem utriusque eſſe originem, & perinde in Reges ſingulos ac in Epiſcopos hanc autoritatem a DEO immediate derivari. Sed enim conſiderat ille poteſtatem Epiſcoporum, uti illa hodie ſe in Eccleſia Latina habet, quæ

quæ certe amplissima est, & maximam secularis potestatis partem comprehendit, & cum Regia sæpe decertat. Talis vero ἐξουσία cum Superintendentibus nostris concessa haud sit, ea, quæ diximus supra, unice de potestate illa spirituali, qualem descripsimus, intellecta volumus.

§. 6. An ergo ὑπεροχὴ illa, qua præ ceteris Ecclesiæ ministris apud nos eminent Superintendentes, non est immediate a DEO? Ego hic subsisto, propterea, quod, ut supra dixi, jure Ecclesiastico primum introducta & recepta sit talis superioritas; κατ' ἄνθρωπον tamen cum Pontificiæ Ecclesiasticæ Doctoribus disputando, non minus Superintendentibus nostris eam quam tenent prærogativam, ex jure divino asserere licebit, quam illi Pontifici Romano assertam cupiunt. Dicit Cardinalis Bellarminus *lib. 2. de Rom. Pont. cap. 17.* tria esse in Pontifice: *Pontificatum ipsum*, qui est quasi forma quædam: *personam*, quæ est Subjectum pontificatus, & *conjunctionem unius cum altero.* Ex quibus rebus *prima, h. e. ipse Pontificatus a solo Christo est: persona ut est persona electa & designata ad Pontificatum, est ab Electoribus, illorum enim est designare personam: Ipsa vero conjunctio est a Christo, mediante actu humano Electorum: dum enim eligunt & designant certam personam, concurrunt ad conjunctionem Pontificatus cum illa persona. &c.* Ista omnia, quanquam de Romani Pontificis potestate conficta & falsa sint, eodem jure ad Superintendentes nostros applicare licebit. Nec enim ulla ex jure divino ad Pontificem Romanum resultat præeminentia, quæ non competeret Superintendentibus nostris.

§. 7. Cæterum omnis ea autoritas, qua pollent Superintendentes in hisce terris, a solo confertur Principe, & ejus unius a majestate suum acquirit robur. Vt maxime enim Ecclesia, in qua Superintendens residet, patronata

ſit, & qui ad eam ordinantur miniſtri & paſtores, non niſi ex patroni præſentatione prævia ad id munus promoveantur, patronus tamen in conſtitutione Superintendentis nihil omnino habet, quod agat, ſed id unice Principi territorii relinquendum eſt. Solet enimvero plerumque id obſervari, ut paſtori a patrono vocato munus Superintendentis a Principe conferatur, ſine tamen patroni vel præſentatione vel adjumento ullo alio. Et qui igitur ita a patrono ad paſtoratum promotus eſt, tenetur ſe ad mandatum Electorale prævium in Conſiſtorio ſupremo Dresdenſi ſiſtere, & mox concionem in templo arci contiguo coram Sereniſſimo Electore habere, & per inſtitutum deinceps colloquium eruditionis & dexteritatis ſuæ ſpecimen exhibere. Carpz. *Jurispr. Conſiſt. lib. 1. def. 19.*

§. 8. Videant ergo Collegia Senatoria iſtarum Vrbium, in quibus Superintendens ſuam habet ſedem, ut vi juris patronatus ſibi competentis, talem eligant paſtorem, cui munus Superintendentis committi a Principe poſſit. Et hac de re moneri ſæpe ſolent Patroni ex aula, ut circumſpecte agant, & de idoneo ſubjecto conſultationes ſuas inſtituant. Idque docet Reſcriptum Electorale a Carpzovio *d. l.* adductum: Ihr wollet uns eine oder mehr tüchtige und qualificirte Perſonen zu ſolchem Pfarr-Amt förderlichſt nominiren und benennen / mit der Vocation aber ſo lange zurückhalten / bis von unſerm Ober-Conſiſtorio Sie derer Qualitäten befunden / daß Ihnen hernach von uns mit Nutz und Frommen die Superintendentz und Inſpection gleichfalls auffgetragen / und anvertrauet werden könne. Et in hunc ſenſum explicanda ſunt verba der alten Generalien rubr. von Wahl und Amt der *Superattendenten.* Als wollen S. Churf. G. daß erbare / wohlbedachte / erfahrne / gelehrte / wohlgeübte / gottsfürchtige Männer in hohen

hen Schulen und anderswo mit Rath der Theologen gesucht/ und S. Churf. G. zuvor/ und ehe sie beruffen/ angegeben/ also dann mit seiner Churf. G. Bewilligung erwehlet/ ordentlich vociret/ und von S. Churf. Gn. endlich confirmiret werden. Recte omnino, cum intersit Principis, eligi talem personam, cui a se munus Superintendentis conferri queat. Et ergo ante vocationem certiorandus est Princeps de persona electa, ne, si Princeps dissentiat, irrita sit vocatio præcipitata.

§. 9. Nec enim putandum est, teneri Principem ei Superintendentis munus conferre, quem Patronus ad pastoratum Ecclesiæ ejus, cui ἐπισκοπὴ annexa est, promovit, quanquam ita communiter observari soleat. Est enim in arbitrio Principis, cui exercitium istorum actuum & ipsum totum munus committere velit. Quod autem hactenus pastori primario has partes detulerit, hoc eum obligare non potest, quo minus ex gravi aliqua & in Ecclesiæ utilitatem tendente causa vel diacono vel alii, etiam extraneo, conferre id officium queat. Joh. Brunnemann. *de jur. Eccles. lib. 2. cap. 8. num. 21.* & ibid. Dn. Sam. Stryk. Si tamen extraneo ab Senatu oppidano non vocato munus istud committatur, salarium ei ab ipso Principe constituendum est.

§. 10. Hoc scil. est jus istud patronatus, quod Regium dicitur, longe nobilius, quam alterum illud vulgare, privatis etiam competens, cum partem faciat τοῦ κυρίου, & ex majestate profluat. Sig. Finckelthaus *de jure patron. cap. 3. n. 1.* Gisbert. Voet. *polit. Eccles. part. 2. lib 3. tr. 2. c. 1.* cujus juris vi principes jam olim soliti fuerunt præficere vacantibus Ecclesiis Episcopos propria autoritate, quod multis exemplis demonstrari potest. Vid. Hincmari Remens. *Epist. ad Ludovic. III.* quæ extat *tom. 2. edit. Sirmondi pag. 188.* Fulbert. Carnotens. *Epist. 88.* Idque jus vindicat Hispaniarum Regibus

bus Didacus Covarruvias *ad C. Possessor. de R. J. in 6* §. *10. n. 5.* quod nec caret fundamento, quod multum intersit Principum, ut in civitatibus imperio eorum subjectis tales instituantur Episcopi, qui populos verbo & exemplo doceant, jura majestatis non esse violanda, & demagogiam omnem evitent. Conf. Steph. Baluz. ad Servat. Lup. *pag. 413.* Thom. Bilson. *de perpet. Eccles. gubernat. cap. 15. p. m. 423.*

§. 11. Omnino igitur etiam nostrorum Principum interest, habere tales Inspectores suarum Ecclesiarum, quibus committi earum cura tuto possit. Nec enim oppidanæ tantum Ecclesiæ, in qua resident, inspectionem sustinent Superintendentes nostri, sed etiam ad rusticas quamplurimas diœcesi suæ subjectas se extendit eorum ἐπισκοπή. Vt igitur muneri huic præficiatur talis, cujus spectata sit doctrina, eruditio & vitæ integritas, & Ecclesiæ & Reip. salus exigit; præsertim, cum sibi subordinatis pastoribus omnibus & sana doctrina, & vitæ atque morum honestate præire debeat. Nisi enim id fiat, periculum est, ne ejus exemplo inficiantur alii, & per ejusmodi sensim irrepentes corruptelas & pravos hominum mores Respubl. ipsa tandem detrimentum patiatur.

§. 12. Quod de Superintendente diximus, eum non ab alio, nisi ab ipso principe constitui, locum etiam habet in ejus substituto, qui itidem a Principe expectandus est. Quemadmodum enim juris patronatus hic est effectus, ut si pastori a Patrono antehac vocato substitutus aliquis constituendus fuerit, omnia perinde observanda sint, ac in ipsius pastoris vocatione: Carpzov. *Jurispr. Consist. lib. 1. def. 23.* ita & in substituto Superintendentis. Sed & defuncto Superintendente, usque dum novus aliquis constituatur, non potest quisquam interim istas partes sustinere, nisi cui commissæ fuerint

rint

rint ab ipso principe. Idem Carpz. *lib. 1. def. 168.* aut ejus permissu a Consistorio, cui diœcesis defuncti Superintendentis subjecta est, uti hodie observari solet, quod non semel contigisse memini in Consistorio Wittebergensi.

CAPVT V.

Ad quæ loca se extendat Superintendentis inspectio?

§. 1.

NOlo hic de distinctione Orbis Romani in diœceses & provincias, quam maximam partem amplexa est Ecclesia, multa præfari. Lectorem ejus rei cupidum remitto ad Petrum de Marca *de patriarchatu Constantinopol. pag. 175. & de primatib. pag. 153.* Joh. Cabassut. *notit. Eccles. differt. 13.* Petr. Jos. Cantel. *de metropol. pag. 1. seq.* Francisc. Bosquet. *ad Innocentii III. Epist. 82. lib. 2.* Jacob. Guther. *de offic. dom. Aug. lib. 2. c. 6.* Eaque distinctio hunc potissimum in finem facta fuerat, ut unaquæque diœcesis, & unaquæque provincia suum haberet præfectum, cujus tota potestas ab Imperatore dependeret, & ut hac ratione uniformiter regi posset Orbis terrarum.

§. 2. Nobis hic sufficit nosse in isto complexu provinciarum & diœceseon, certam partem cuilibet Episcopo gubernandam in rebus Ecclesiasticis cessisse. Ecclesia enim uti est in politia, ita etiam spiritualia sua jura in ea exercet. Et sic igitur plures Episcopatus in una provincia fuerunt, quorum singulorum certi fuerunt limites, quos excedere & violare nulli omnino Episcoporum licuit. Habuerunt scilicet Vrbes, quibus Episcopi præfuerunt, suas sibi annexas regiones, & talis regio territorium dictum fuit. *l. fin. ff. de jurisdict.*

 l. 239.

l. 239. §. 8. ff. de V. S. Ægid. Menag. *amœn. jur. civ. cap. 39. vocab. territorium.* Nec enim in Rep. tantum, sed etiam in Ecclesia civitates regiones suas ac territoria habuerunt, quæ passim in Conciliis & historia Ecclesiastica *παροικιῶν* nomine significantur. Christoph. Justell. *ad Cod. canon. Eccles. univers. pag. 185.* Guil. Bevereg. *ad Concil. Antiochen. can. 9.* Et territorium Episcopi dicitur *C. Monasteria. 18. q. 2. C. Omnes basilicæ. 16. q. 7.*

§. 3. Parochias autem sive potius parœcias, uti & diœceseos vocabulum non eandem semper habuit significationem. Diœcesis enim denotavit olim tractum & collectionem sive complexum plurimarum provinciarum, in quibus singulis provinciis plurimi erant Episcopatus. Et qui tali diœcesi præfectus erat Episcopus, vel Primas diœceseos dicebatur, vel exarchus diœceseos vel patriarcha. Vid. Autor Eucharistici ad Jac. Sirmond. *de regionib. & Eccles. suburb. part. 2.* passim, inprimis *pag. 366. 425. 524. &c.* Territorium autem Episcopi *παροικία* sive parœcia dicebatur, non, uti deinceps vitio librariorum scribi cœpit, parochia, quæ tamen scriptio fere communis nunc est. Hodie vero mutata est istorum vocabulorum significatio atque usus. Diœceseos enim appellatio tribuitur hodie territorio Episcopi, & *παροικίας* sive parœcias aut parochias nomen Ecclesiæ cuique particulari. Vid. Jac. Sirmond. ad Appollinar. Sidon. *pag. 102.* Christoph. Justell. *ad Codic. Can. Eccl. African. pag. 67.* Petr. de Marca *de concord. sacerd. & Imp. lib. 6. c. 16. num. 2.* Joh. Casp. Suicer. *in Thesaur. Eccl. voc. παροικία.*

§. 4. Quicquid hujus sit, id tantum inde in præsenti conficimus, cuique Episcopo, & sic etiam apud nos cuique Superintendenti, certos præscriptos esse limites, intra quos jura Episcopalia exercere queat, & quos egredi nullo modo debe-

debeat. Diserte id prohibitum legitur *in canone 2.* Synodi Constantinopolitanæ, *ne Episcopi ex una diœcesi in aliam transsiliant ad ordinationes faciendas, aut ad alia negotia Ecclesiastica*, jubetque Synodus, ut quisque Episcopus ea tantum curet, quæ sunt suæ diœceseos. *Non vocati autem Episcopi*, sic habent verba ex versione Latina Dionysii Exigui, *ultra suam diœcesin non accedant, propter ordinationes faciendas, vel propter alias dispensationes Ecclesiasticas.* In verbis antecedentibus usa est Synodus vocabulo ἐπιβαίνειν, Episcopi ad Ecclesias extra suos terminos sitas ne accedant, μὴ ἐπιβαίνειν, neque confundant Ecclesias. Quod vocabulum ita interpretatur Joh. Zonaras *ad istum can.* Episcopus *quilibet Ecclesias extra diœcesin suam, h. e. subjectam sibi provinciam ditionisque suæ terminos positos invadere, (verbo invadendi, latrocinium quodammodo impressionemque turbulentam indicante) & alius limites ingredi prohibetur.* Non quidem quod turbulenta aut violenta tantum invasio prohibita sit, sed quod qualiscunque accessio ad actus Episcopales exercendos invito aut nesciente Episcopo diœceseos habeatur pro violentia, & speciem turbulentæ confusionis involvat.

§. 5. Idem jam ante constitutum fuerat in Concilio Antiocheno *can. 13.* Nullus *Episcopus audeat ab una provincia in aliam transire, & ad promotionem ministerii aliquos in Ecclesia ordinare, nec si alios una secum inducat, nisi venerit literis accersitus metropolitani & Episcoporum, qui sunt cum ipso, in quorum regionem accedit. Si autem nullo vocante, inordinate adveniat, ad aliquorum ordinationem & ecclesiasticarum rerum, ad se non pertinentium, constitutionem, sint quidem irrita, quæ ab ipso geruntur; ipse vero suæ perversitatis & præter rationem factæ aggressionis, pœnas det, exinde scilicet a sancta synodo depositus.* Si qui igitur ejusmodi actus ab Episcopo in aliena diœcesi

 cele-

celebrati validi esse debuerint, rogatum esse oportuit vel a proprio Episcopo, vel a metropolitano. Præcipue vero viatores Episcopi, cum transirent diœcesin, ad ista negotia rogabantur, & honoris ergo a proprio Episcopo invitabantur.

§. 6. Sed cum sæpe transirent Episcopi ignoti nominis & conditionis, & illis ejusmodi negotium quandoque committeretur, vel etiam ipsi non invitati sibi id vindicarent, metuendum vero esset, quod contigisse subinde observatum fuerat, ne plane non ordinati illi essent, statutum fuit, in Concilio Vernensi *I. c.13.* De Episcopis *vagantibus, qui parochias non habent, nec scimus ordinationem eorum qualiter fuit, placuit juxta instituta sanctorum Patrum, ut in alterius parochia ministrare, nec ullam ordinationem facere debeant, sine jussione Episcopi, cujus parochia est. Etsi hoc facere præsumpserint, ab officio suspendantur, interim quod ad Synodum exinde venerint, & ibidem secundum Canonicam institutionem accipiant sententiam, nisi tantum itineris causa &c.* Simile quid decretum fuit in Concilio Vermeriensi *c. 14.* Svessionensi, *cap. 5.* Liptinensi, *c. 4.* & aliis. Vid. Petr. de Gussanvilla ad Petri Blesensis *epist. 53.*

§. 7. Jure ergo Ecclesiastico extra suam parœciam nihil omnino potest Episcopus, nec ordinare, nec sermonem ad populum facere, nec alia jura Episcopalia exercere, nisi a proprio Episcopo ei hæc potestas data fuerit. Diserte sub pœna remotionis ab Episcopatu prohibitum est in Synodo Quinisexta in Trullo habita *can. 20.* ne liceat *Episcopo in alia, quæ ad se non pertinet, civitate publice docere.* Nec frustra ergo Epiphanio exprobavit Johannes Chrysostomus, quod in sua Ecclesia ordinationem facere haud fuerit veritus, apud Socratem *lib. 6. cap. 14.* Multa, ait, *contra regulas agis, o Epiphani, qui primum quidem in Ecclesiis sub dispositione mea con-*

constitutis ordinationem feceris, deinde injussu meo ex tua ipsius autoritate in iisdem Ecclesiis missarum solennia celebraveris: & olim quidem invitatus illuc venire renueris, nunc vero id tibi ipse permittas. Cave igitur, ne tumultu excitato in populo, periculum inde tibi quoque nascatur.

§. 8. Fecerat idem antea Epiphanius in diœcesi Johannis Episcopi Hierosolymitani, cumque hac re offensus Johannes in Epiphanium excanduisset, increpatorias ad eum literas scripsit Epiphanius, quibus suam illam ἀλλοτριο ἐπισκοπίαν excusare voluit, uti legitur apud Hieronymum *epist. 60.* Ob DEI timorem inquit, *hoc sumus facere compulsi, maxime cum nulla sit diversitas in Sacerdotio DEI & ubi utilitati Ecclesiæ providetur. Nam etsi singuli Ecclesiarum Episcopi habent sub se Ecclesiam, quibus curam videntur impendere, & nemo super alienam mensuram extenditur, tamen præponitur omnibus charitas Christi &c.* At vero potuisset excipere Johannes, charitatem alterius jura non involare, neque ad se rapere, quod suum non est, debuisse Epiphanium consensum suum expetere & expectare, aut debuisse potius se moneri, si quid hactenus neglectum aut omissum fuisset: nec pati charitatem Christianum, ut bonus ordo in Ecclesia receptus unius alicujus ausu temerario pervertatur, aut quacunque ratione violetur.

§. 9. Nec ergo facere possum cum Marco Antonio de Dominis, qui *lib. 2. de Rep. Eccles. cap. 7. n. 4.* statuit, dictante charitate posse quemlibet Episcopum in alia etiam diœcesi sua uti potestate, eo quod ea jure divino non sit locis circumscripta. Sed hæc ratio non sufficit, cum non repugnet definire jure Ecclesiastico, quod indefinitum est jure divino. Ita enim etiam in rebus secularibus distinctio dominorum jure divino introducta non est; constituta tamen

ea jure humano, nemini licet alteri auferre id, quod ejus proprium est. Et quæ vero charitas dictabit, usurpari posse res alienas sine consensu Domini aut possessoris? Longe aliter charitatem describit Apostolus, *1. Cor. XIII, 4. seq* Et quorsum alias unicuique Episcopatui sui essent præfixi limites, si liceret eos excedere promiscue & alieno jure uti? Conf. Thom. Bilson. *de perpet. Eccles. Chr. gub. cap 14 p. m. 373.*

§. 10. Non magis proinde Superintendentibus nostris, atque Episcopis licebit terminos sibi præfixos egredi, & alienæ diœceseos curam aut administrationem suscipere, nisi vel consentiente ordinario loci, vel jubente superiore. Quod si enim sine tali concessione licitum id esset, nil inde expectari poterit aliud, nisi confusio rerum & turbulentus Ecclesiæ status, dum plerumque a pluribus quæ suscipitur cura, ab omnibus negligitur. Et sic etiam se habent singulæ ejusdem diœceseos parochiæ, quippe quæ & ipsæ suos habent limites jam olim præfixos, quos egredi, & in aliena parochia sine Rectoris ejus consensu quid conari, nulli pastorum licet. Nec ergo cuiquam in aliena Ecclesia, non consentiente ejus Rectore, licet concionem habere, nec Sacramenta administrare, nec peragere quicquam, quod quolibet modo ad officium ordinarii Pastoris spectat. Si tamen peregre forte absit Pastor loci, nec ille alteri alicui curam animarum suarum commiserit, poterit, nisi fallor, implorari pastor aliquis vicinus ab ipsis parochianis, ut interim expediat ea, quæ a proprio suo pastore fieri debuerunt, præsertim si necessitatis aliquis casus inciderit, ut si e. g. baptizandus fuerit infans, sepeliendus & funebri concione honorandus defunctus, sacro viatico prosequendus moriturus &c.

§. 11. Quemadmodum vero unus idemque duarum Ecclesiarum Episcopus esse non potest, uti loquitur Ivo Carnotens.

notenſ. *epiſt. 66.* neque plures Eccleſiæ uni Epiſcopo committi poſſunt, uti id plenius exponit Franciſcus Juretus *ad Ivonis epiſt. 154.* ita nec Superintendenti uni plures diœceſes ſubjici debent. Sane inter corruptelas refert Albertus Kranzius *metropol. lib. 3. c. 37.* ἐπισκοπίαν plurium Eccleſiarum. *Giſelerus*, inquit, *pridem Mersburgenſis Epiſcopus perfecit apud Ottonem Imperatorem Rufum, ut a minori ad majorem aſſumeretur Eccleſiam, (ea eſt Magdeburgenſis) minore tamen non relicta; ſcandalumque præbuit res illa ætate incompoſita, ut duabus Eccleſiis unus eſſet Pontifex, h. e. unus ſponſus duabus ſponſis. Id vero ætas noſtra jam deſiit pro frequentia mirari, quod paſſim cernimus alteram alteri Eccleſiæ in una perſona accedere, ut habeat alteram in titulum, alteram vero in commendam.*

§. 12. Superintendentis eadem eſt ratio. Habet unusquisque ſuam diœceſin, cui ſuam addixit operam, & hanc quidem totam & integram, quam propterea inter plures dividere non debet. Apud veteres Eccleſiæ Doctores frequens eſt mentio conjugii ſpiritualis, quod contrahitur inter Epiſcopum & Eccleſiam ad imitationem conjugii carnalis inter maritum & Vxorem. Sicut igitur adulter eſt, qui una non eſt contentus Vxore: ita mœchum illi dicunt & adulterum, qui plures ſibi jungit Eccleſias. Et hæc comparatio non ad Epiſcopum tantum applicari ſolet, ſed ad presbyteros etiam, qui non magis quam Epiſcopi plures poſſunt habere Eccleſias. Vid. Steph. Baluz. *ad Servat. Lup. pag. 371.* ut adeo minus dubitare liceat, etiam ad Superintendentes noſtros dogma iſtud, & comparationis argumentum pertinere.

§. 13. Quanquam vero hæc ita ſe habeant, & in alterius diœceſi nihil juris competat Superintendenti, imo injuriam inferre videatur, qui tale quid auſus fuerit; non prohibe-

hibetur tamen, si quid compertum ei ex aliena diœcesi de improbitate vitæ & flagitiis commissi fuerit, illius diœceseos Superintendenti denunciare, & benevolo animo, ut severe animadvertat, illum admonere. Sed & si ipse Superintendens vicinus aliquis turpiter aut nequiter agat, aut perperam fungatur officio suo, tenetur eum ad saniorem mentem quacunque ratione revocare, aut si emendatio nulla sperari queat, Superiori denunciare. Sic enim in articulis visitationis, quibus utuntur Ecclesiæ Saxonicæ pastores Ecclesiarum examinari solent: Ob er auch an seinen Collegen oder benachbarten Pfarrern Lehr oder Lebens halber/ einen Fehl oder Mangel/oder nicht ein ärgerlich Geschrey von Ihnen gehört habe? Quod ita a pastoribus simpliciter exigitur, ut, quid ex aliena parochia compertum eis fuerit, significare haud vereantur, id non minus ad Superintendentes applicare licet, cum intersit tum Ecclesiæ, tum Reip. ut unusquisque qui partem ejus facit, justa harmonia officio suo fungatur.

§. 14. Quemadmodum vero Superintendentis cujusque inspectio ad alienam diœcesin & parochiam, qualicunque nomine vocetur, se non extendit: ita in sua diœcesi unusquisque plenam habet ἐπισκοπὴν, in omnes pastores, diaconos & alios ministros Ecclesiæ, in scholas, in hospitalia & alia pia loca diœceseos suæ. Eoque pertinent verba der alten Generalien de anno 1557. *rubr.* von Wahl und Amt der *Superattendenten:* Demnach denn ein Superattendens andern Pastoribus vorstehen / sie unterweisen / vermahnen / straffen / annehmen und entsetzen helffen 2c. Et porro: Es soll aber ein jeder Superattendens fleißig acht geben auf aller der Pastoren und anderer Kirchen-Diener Lehr / Leben und Fleiß / die seiner Inspection unterworffen seyn/ sich bey den Zuhörern von ihres Seelsorgers Wandel befragen/ auch zuzeiten etliche Pfarr-Kinder

der

der / sonderlich die Jugend aus᷑m Catechismo examiniren, und verhören / dergleichen die Schulen besichtigen / und erfahren / was für Ordnung darinnen gehalten werde / und wie sich die Knaben bessern.

§. 15. Neque vereri debet Episcopus, sive Superintendens, ne forte locus aliquis in diœcesi sua sit exemptus, qualem nullum omnino admittere voluerunt Saxoniæ principes. Quicquid in territorio eorum religionis aliquam speciem sustinet, id omne Superintendentis inspectioni subjacet, & ejus regimini submittere se debet. Multa est in Ecclesia Pontificia querela propter istas exemtiones, quæ monasteriis & aliis Ecclesiis per specialia privilegia conceduntur a Papa Romano, & ægre ferebantur ab Episcopis. Nota est contentio, quæ propter talem causam fuit inter Ivonem Episcopum Carnotensem & Goffredum Abbatem Vindocinensem, & etiamnum disci potest ex utriusque epistolis. Privilegium ipsum a Clemente Pontifice concessum recenset Johannes Bapt. Souchetus ad Ivon. *epist. 105.* Talia privilegia multa alia concessa fuerunt monasteriis, ut nulli amplius Episcopo, sed immediate Pontifici Romano subjecta essent, quorum obiter mentionem facit Petrus de Gussanvilla *ad Petri Blesens. epist. 68.* Et conqueritur Bernardus Abbas Clarevallens. *l. 3. de consid. ad Eugen. c. 4.* nullas vel paucas fuisse Ecclesias, quæ plagam istam non dolerent, aut timerent, & addit, *summum Pontificem subtrahendo Abbates Episcopis, Episcopos Archiepiscopis, Archiepiscopos patriarchis sive primatibus probare, se habere plenitudinem potestatis, sed justitiæ forte non item, &c.* Videri potest Joh. Mabillon. *de re diplom. l. 1. c. 3.* Stephan. Baluz. *ad Concil. Narbonens. p. 16. 17. 18.* Istiusmodi corruptelas in Ecclesiis nostris non inveniri & exemptiones istas prorsus exulare, insi-

gne divinæ clementiæ beneficium eſt, quod grata mente u-ti agnoſcimus, ita, ut perpetuum ſit, etiam atque etiam vovemus.

§. 16. Colophonem huic capiti imponat ſpecificatio diœceſeon, quæ in his terris ita diviſæ ſunt, ut unusquisque Superintendens fines & limites ſuæ inſpectionis teneat, neque alterum impediat. Eſt autem hujusmodi:

SPECIFICATIO

Derer SVPERINTENDENTVREN, welche hiebevor ins Conſiſtorium zu Meiſſen/ und vorjetzo in das Ober-Conſiſtorium zu Dreßden gehörig.

1. Dreßden.
2. Freyberg.
3. Chemnitz.
4. Annaberg.
5. Coldiz.
6. Leißnig.
7. Waldheim.
8. Oſchatz.
9. Meiſſen.
10. Hayn.
11. Pirna.
12. Biſchoffswerda.

In das Conſiſtorium Leipzig gehören

1. Leipzig.
2. Eülenburg.
3. Grimma.
4. Rochlitz.
5. Borna.
6. Penig.
7. Zwickau.
8. Pegau.
9. Weyda.
10. Plauen.
11. Oelßnitz.
12. Dölitzſch.
13. Weißenfels.
14. Freyburg.
15. Eckardsberge.
16. Weißenſee.

17. Lan-

17. Langensaltza.
18. Sangerhausen.
19. Neustadt an der Orla.
20. Pforta.
21. Denstädt.

In das Consistorium zu Wittenberg.

1. Wittenberg.
2. Zahna.
3. Beltzig.
4. Gommern.
5. Barby.
6. Grävenhänichen.
7. Kemberg.
8. Torgau.
9. Liebenwerda.
10. Baruth.
11. Hertzberg.
12. Schlieben.
13. Jeßen.
14. Seyda.
15. Klöden.
16. Bitterfeld.

Ins Stiffts-Consistorium zu Wurtzen gehöret außer Wurtzen sonst keine Superintendentur.

CAPUT VI.

Admodum difficile esse Superintendentis munus, & valde peccare, qui cum quadam anxietate istud ambiunt.

§. 1.

EX istis, quæ dicta sunt, quodammodo intelligitur, quantam sacrum hoc Superintendentis munus exigat operam, quantumve laborem, quibusque virtutibus præditum esse oporteat eum, qui id munus suscipere velit. Eleganter Synesius Cyrenes Episcopus cum ad Episcopatum vocaretur, seque ei muneri inidoneum existimaret, ad amicum scripsit *epist. 105.* Episcopum *divinum esse hominem oportet, utpote, qui ab omni ludo peræque atque DEUS ipse, alienus*

& inexorabilis esse debeat, qui, quo vitæ suæ propositam teneat, ab innumerabilibus oculis custoditur, quorum aut nulla, aut perexigua utilitas est, nisi ita sit factus quispiam, ut & ad mœstitiam sit compositus, & ad nullam voluptatem infringi atque emolliri possit. In iis autem, quæ ad DEUM pertinent, non ille sibi uni vacans sed communissimus omnium esse debet, ut qui legum Doctor sit, & quæ legibus consentanea sunt, loquatur. Necesse vero est ipsum tam multa unum negotia sustinere, quam multa cæteri simul omnes. Unus enim, quæ omnium sunt, efficére debet, aut criminationibus omnibus obnoxius sit oportet. Quomodo igitur non ingentis cujusdam & maximi animi erit, tantam sollicitudinum molem, pondusque sustinere, neque iis mentem obruere, nec in animo restinctam divinam particulam intueri, cum tanta illum studiorum varietas distraxerit? &c.

§. 2. Dixit B. Chrysostomus *homil. 3. in acta Apost.* esse difficilius, Episcopum, quam Regem agere. Verissime omnino, quod multo difficilius sit, animarum curam habere, quod Episcopi & Superintendentis officium est, quam externæ corporum felicitati prospicere, quod ex Principis bono regimine provenit. Plurima in aulis præsto sunt oblectamenta, quibus curas suas vel prorsus extingvere, vel minuere saltem Principes possunt, a quibus omnino abstinere Antistites oportet. Nec institui fere comparatio potest, cum rarisſime hodie officio suo fungantur Principes, & plerumque leges, edicta, bella, paces, fœdera, consilia, judicia, sacra prophanaque omnia eo dirigant, ut omnes omnium fortunas in suum convertant fiscum, h. e. in dolium pertusum congerant. Sed age, repræsentet aliquis exemplar boni Principis non inscite a philosophis depictum, & fac eum non optimum tantum, sed & maximum, quod utrumque nomen si sustinere velit, omnes suas curas in salu-

te Reip. defigere oportebit, si tamen cum Episcopi curis & solicitudinibus, quales esse debeant, comparatio instituatur, multo graviores has esse & periculosas magis, unusquisque intelliget, qui, quantum in una anima salvanda momentum DEVS posuerit, ex Ezechielis *cap. 3.* perspectum habet. Atque ideo hæc sibi conferens Chrysostomus *d. l.* sic ait porro: *Nonne terrarum orbis imperium tenet Imperator? hic autem unius civitatis Episcopus est, sed tantum plus curarum habet hic, quantum interest inter aquam fluminis vento agitatam, & inter mare intumescens & insaniens.* Conf. Alexand. Sperell. *de Episcop. part. 1. cap. 29.*

§. 3. Quam vero hic deflenda sæpe est Ecclesiarum nonnullarum conditio, in quibus non DEVM per homines vocantem modeste præstolantur Candidati, sed præpropere ambiendo vocantibus quasi vim faciunt. Ipse expertus sum, exiguas istas Ecclesias, in quibus jus patronatus habet Academia Wittebergensis, vim fere pati a Candidatis ministerii, qui non operam tantum suam offerunt, quod improbandum haudquaquam esset, sed etiam, quod pessimum est, suffragia sibi stipulando exigunt, & multis sollicitationibus urgent, de promissione sibi facta deinceps gloriantes. Quorum ego temeritatem dum attentius mecum perpendo, recolo subinde elegantem Bernardi Abbatis Clarævallensis sententiam, dum *in serm. super Cant.* adversus eos, qui se ingerunt Prælaturis, hunc in modum invehitur: *Miror audaciam plurimorum, quos videmus de suis vineis non colligere, nisi spinas & tribulos, vineis tamen Dominicis etiam ingerere se non vereri: fures sunt & latrones, non custodes, nec cultores.* Scilicet ut idem ait *epist. 42.* Curritur *in clero passim ab omni ætate & ordine, a doctis pariter & indoctis ad Ecclesiasticas curas, tanquam sine cura quisquam victurus, cum ad curas pervenerit.*

 §. 4.

§. 4. Petrus Blesensis, Bathoniensis in Anglia Archidiaconus *epist. 23.* multa cum indignatione ambitiosum id hominum genus, qui cursitant, anhelant, nullum non movent lapidem, ut Episcopatu aut Superintendentis munere potiantur, prolixe perstringit. Mox ab initio hæc plorantis instar præmittit verba: *O inanis gloria! o ambitio cœca! o terreni honoris inexplebilis fames! o tinea cordium, animarum subversio, cupiditas dignitatum! Vnde obrepsit hæc pestis? unde invaluit hæc execranda præsumptio, ut indigni dignitates ambiant? & quanto minus meruerunt adscendere ad honores, tanto importunius se honoribus importent? Hodie per fas & nefas, hodie in animæ corporisque discrimine currunt infelices ad cathedram pastoralem, nec attendunt, quod sit eis cathedra pestilentia, dum sibi & aliis sunt causa ruinæ. Qui nihil didicit, aliorum Doctor efficitur, & quasi æs sonans aut cymbalum tinniens usurpat prædicantis officium, cum sit truncus inutilis & idolum mutum &c.* Tota Epistola digna est, quæ legatur integra. Est enim elegans valde, & mores seculi sui, hoc est, duodecimi exquisite describit.

§. 5. Quod si hi tales gravitatem muneris Episcopalis & pericula, quibus illud perpetuo expositum est, tum & infirmitatem humanam, qua ipsi affecti sunt, attentius secum considerare velint, vix erit, ut vitam privatam agere non malint, quam in throno Ecclesiæ consistere. Vellem perpetuo eis ante oculos versari judicium B. Augustini, quod recenset Gratianus *C. Ante omnia. Dist. 40.* his verbis: *Ante omnia peto, ut cogitet religiosa prudentia tua, nihil esse in hac vita & maxime in hoc tempore facilius, & lætius, & hominibus acceptabilius episcopi aut presbyteri aut diaconi officio, si perfunctorie atque adulatorie res agatur: sed nihil apud DEVM miserabilius & tristius & damnabilius.* Et porro: *Nihil est in hac vita,*

vita, & maxime in hoc tempore difficilius, & laboriosius, & periculosius episcopi & presbyteri aut diaconi officio; sed apud DEUM nihil beatius, si eo modo militetur, quo noster Imperator præcipit. Quis autem sit modus, nec a pueritia, nec ab adolescentia mea didici: & eo tempore, quo discere cœperam, vis mihi facta est merito peccatorum meorum, nam quid aliud existimem, nescio, ut secundus locus gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere non noveram.

§.6. Vitam suam cum morte vix commutaverat Nectarius Constantinopolitanæ Ecclesiæ Episcopus, cum subito plurimi ad cathedram istam adspirarent Competitores, sed quos Palladius *in vit. Chrysostomi*, indignos plane & inidoneos ait fuisse, plurimos malis artibus honorem istum comparare voluisse. *Tunc*, inquit, *concurrunt quidam, qui non quærebantur, ambientes episcopatum: Viri quidam, minime viri: presbyteri quidem dignitate, sed sacerdotio indigni: alii Prætorium fatigantes, alii donis corrumpentes, alii vero ad plebis etiam genua procumbentes.* Qui idem non procul ab initio ejus dialogi in genere conqueritur, Episcopatus inordinato plane appetitu desiderari solere ab illis, qui minus habiles sint & inepti prorsus: *Plerique*, inquit, *bonorum omnium ignari, vanæ gloriæ stimulo icti, sacerdotium inter communia & divisa esse opinati, a semetipsis & electi, rem illam involant, dignum vesaniæ suæ finem nacti, dum ipsam Synagogæ suæ terram temeritatis testem faciunt.* Artes illas, quarum mentionem supra fecit Palladius, plenius explicat Johannes Saresberiensis *in Policrat. lib. 7. cap. 17.*

§.7. Diligenter igitur, qui Episcopi sive Superintendentis munus subire intendit, explorare penes se debet, quæ tum facultates suppetant, tum difficultates & labores quotidie exoriantur, ne forte, cum exiguæ staturæ sit, gigantis in-

induat arma, quæ tum in curſu, tum in conflictu impedimento ſint, & ad primum illico congreſſum deficere faciant, cum in his permulti decipiantur, ea tentantes, quæ vires ſuas longe exſuperant. Optime Gregorius Nazianzenus *in orat. de moder. in diſp. adhib.* Quid in *cœlum provolas, cum pedes ſis? quid turrim extruis, cum iis rebus careas, quæ ad eam perficiendam requiruntur? quid ipſe quoque manu aquam metiris & cœlum palmo, terramque omnem pugillo, elementa magna & hujusmodi, ut ea creator ſolus demetiri poſſit.* Et quis vero ſanus & ſobrius, cum perſpexerit, vix ſe ferendis oneribus ſuis ſufficere, aliena inſuper onera libenti animo ſuſcipiat? quis, cum vix reddendis domeſticis ſuis rationibus ſe parem agnoſcat, in publicis vel alienis operam ſuam profiteri velit? Quisnam æger ſuorumque vulnerum curandorum non ſatis peritus, alterius morbis mederi aggrediatur? Indignum eſt, temerarium eſt, imo ſtultum eſt, in conſpectu DEI & angelorum ejus, in præſentia Eccleſiæ univerſæ id ſe ſcire profiteri, quod ignores, id velle, quod nolles, id poſſe, quod nullo modo poſſis. Neque enim erit adeo deſperatus quisquam, & perditus, qui ſi majeſtatem & amplitudinem earum rerum ſecum diligentius expenderit, qui non concidat, qui ſe dare præcipitem velit, qui ſententiam futuri judicis, quam veluti manu ſua ſubſcribit, non exhorreſcat. Vid. Joh. Conr. Danhauer. *Theol. conſcient. part. 2. dial. 3. q. 3. & ſect. 4 q. 1.* Auguſtin. Barboſa *de offic. & pot. Epiſcopi part. 1. tit. 2. gloſſ. 1. n. 6.*

§. 8. Sed ut maxime aliquis fiduciam ſtudiorum ſuorum & induſtriæ habeat, & ab aliis etiam dignus habeatur, qui ad Superintendentis munus adſpirare queat, non decet tamen aliter, niſi modeſte & cum verecundia aliqua officium iſtud ambire. Ambire, inquam, non eo modo, quo apud

pud Romanos olim libera Republ. honores petere licitum erat, quem ex Quinti Ciceronis *libro de Consulatu*, in compendio exhibet Antonius Matthæus *de criminib. tit. de ambitu cap. 1. num. 2.* sed nude studia & operam suam offerendo, reliquum omne voluntati divinæ & eligentium arbitrio relinquens. *Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat*, inquit Paulus *1. Tim. III, 1.* quasi dicat: non improbo simpliciter aut reprehendo, si quis præesse, vel magis prodesse cupit: opus quippe regiminis est & negotii, si quis plebis cura, pluriumque juvandorum causa & charitatis affectu appetat, & virtutem, non honorem, officium, non dignitatem desideret, uti παραφράζει Claudius Espencæus *ad istum Pauli locum.* Quocirca *qui hodie pastoris aut Superintendentis officium expetunt, eo præcipue fine, ut DEO & Ecclesiæ fideliter serviant, neque malis artibus sese ingerunt, sed operam suam Ecclesiæ offerunt, & illi judicium, an idonei sint, relinquunt, bene agunt. Qui vero dignitates & opes quærunt, hi tandem mercenarios, non fideles pastores, sese fuisse declarant.* Sunt verba Lucæ Osiandri *ad d. l.*

§. 9. Quam caste ministeria Ecclesiastica in terris suis servari velint Saxonicæ Principes, intelligi potest ex verbis Ordinationis Eccles *tit.* von Beruff und Annehmung der Kirchendiener. &c. quæ talia sunt: Nachdem bißhero in Bestellung der Pfarren / so bald sich derselben eine oder mehr erlediget / viel und mancherley ärgerliche und schädliche Unordnung fürgelauffen / daß aus Gunst und Freundschafft / von wegen Verwandniß / oder umb Geschenck und Gabe willen / untüchtige Personen / durch allerley Wege und Practiken mit ewigen unwiederbringlichen Schaden / und Nachtheil vieler Seelen / den Kirchen auffgedrungen / dargegen aber fromme / gelehrte / und geschickte Prediger / so gedachten Kirchen nützlich dienen können /

H ver-

verhindert und abgehalten worden. Desgleichen auch/ daß die jenigen/ so allbereit im Amte und durch ordentlichen Beruff mit Pfarren versehen gewesen/ in grosser Anzahl/ wenn besonders die vacirende Pfarre an jährlichen Einkommen etwas höher und besser/ nach derselben gelauffen/ und ihre Kirchen allein umb besseres Solds willen verlassen/ und wider GOttes Befehl also aus ihrem ordentlichen Beruff getreten seyn/ dabey sie denn nicht allein/ so viel die zeitliche Nahrung anlanget/ wenig Segens/ sondern auch in ihrem Amte von GOtt das Gedeyen nicht zu gewarten/ weil geschrieben stehet: Sie lieffen/ und Ich habe sie nicht gesandt: So werden nicht allein die Erb- und Lehnherren sich hierinnen Gottes Worts und desselben Dreuung zu erinnern wissen/ sondern wie wollen auch hiermit unsern Verordneten in unsern Consistoriis ernstlich auferlegt und befohlen haben/ solches unordentlich/ ärgerlich/ Ihnen den Pfarrern selbst/ und den Kirchen schädliches lauffen nach den Pfarren/ bey den Kirchen-Dienern gäntzlich abzuschaffen/ und die/ so nicht ordentlich beruffen/ sondern sich obgehörter massen einzudringen gedencken/ zu keinem Kirchen-Amt zu lassen. Quod in genere hic de inordinato pastoratus appetitu disponitur, illud multo magis locum invenit in officio Superintendentis, quippe qui tum demum de vocatione sua vere gloriari potest, si non pretio nec precibus ordinetur antistes, si quæratur cogendus, rogatus recedat, invitatus effugiat, uti loquitur Imperator *in l. 31. C. de Episc. & Cler.* Confer. differt. nostra de Clerico renitente. Nolo hic ad exempla provocare eorum, qui propter ejusmodi artes usurpatas infinitos conscientiæ morsus passi fuerunt, mihi cæteroquin optime nota. Examinet unusquisque suam conscientiam, quæ ei testis & judex est.

Cap. VII.

CAPUT VII.

Superintendentibus reverentiam deberi, & a reliquo ministerio obedientiam.

§. 1.

MAgna fuit quondam apud Judæos Sacerdotum dignitas & reverentia, nec sine præsentia eorum serium aliquod negotium facile tractabatur. Ipsius Pontificis maximi sacris vestimentis induti persona majestatem quandam præ se ferebat, quam ipsi etiam Reges venerabantur. Et singulare providentiæ divinæ exemplum refert Josephus *lib. 11. antiqu. jud. cap. ult.* qua ratione Alexander Magnus Hierosolymas oppugnaturus obviam sibi habuerit Jaddum Pontificem, atque in eo Deum, cujus esset Pontifex, adoraverit, Hierosolymisque & toti Judæorum populo pepercerit. Ipse Salvator, cum leprosum sanasset, abire eum jubet ad sacerdotem, *Matth. VIII, 4.* quod ideo factum putat Cyprianus *epist. 65.* ut insinuaret, honorandos esse sacerdotes. *Christus*, inquit, *usque ad passionis diem servavit honorem Pontificibus, & Sacerdotibus, quamvis illi nec timorem Dei, nec agnitionem Christi servarent. Nam cum leprosum mundasset, dixit illi, vade & monstra te Sacerdoti. &c.*

§. 2. Hinc vero edocti vetustissimi Christianæ pietatis proceres de Sacerdotali & Episcopali ordine omnia magnifice & humanos apices ὑπερακοντίζοντα locuti sunt. De Episcopi & presbyterorum dignitate multa leguntur apud Ignatium *in epist. ad Trallianos & Smyrnæos*, ubi Episcopum DEI loco in honore habendum, presbyteros ut Apostolus colendos, eorum Collegium ut consessum Dei & Apostolorum honorandum esse dicit. Vid. Nicol. Vedelius *exercitat.*

3. in Ignat. epist. ad Philadelph. Jacob. Uſſer. *in annotat. ad Ignat. c. 10.* Imo vero idem Ignatius Epiſcopi autoritatem in tantum elevat, ut ipſo etiam Rege & Imperatore eum faciat majorem. Sic enim loquitur *epiſt. ad Smyrnaos:* Honora *fili DEVM & Regem. Ego vero dico: Honora DEVM ut omnium auctorem & Dominum: Epiſcopum autem & principem Sacerdotum, imaginem DEI referentem; DEI quidem propter principatum, Chriſti vero propter ſacerdotium. Et poſt hunc honorare etiam oportet Regem. Si enim quis contra Regem inſurgens damnatione dignus eſt, quomodo ille evadere ultionem poterit, qui præter Epiſcopum aliquid egerit? Sacerdotium enim ſumma eſt omnium bonorum, quæ in hominibus conſtant. &c.* Vtrum genuinæ ſint iſtæ Ignatii epiſtolæ, jam non diſputo, verum iſtam controverſiam Vedelio, Voſſio, Uſſerio, Dallæo, Pearſoni & aliis relinquo.

§. 3. Potiorem illam, quæ Regiam exſuperet, Epiſcoporum poteſtatem latius exponit Chryſoſtomus *lib. 3. de ſacerdot.* Habent *certe*, inquit, *& illi, qui ſuper terram cum imperio conſtituti ſunt, poteſtatem in vincula conjiciendi, ſed corpora tantum. At vinculum iſtud, (quo ſcilicet ligant ſacerdotes per poteſtatem clavium) & animas conſtringit, atque ad cœlos etiam ipſos penetrando pertingit. Nam quæ deorſum in terris ſacerdotes agunt, illa ſurſum in cœlis confirmat DEVS: Dominus autem ratam habet prolatam a ſervis ſuis ſententiam. Quo ipſo, quid aliud agit, quam ut univerſam communicet poteſtatem cœleſtem? Quorum enim, inquit, peccata remiſeritis, remittuntur. Qua non eſt alia ulla excellentior poteſtas. Omne judicium Pater dedit Filio, & hoc ipſum Filius ſervis ſuis ſacerdotibus in manus tradidit. Quaſi enim jam in cœlos translati eſſent, quaſi naturam exceſſiſſent humanam, & immunes redditi a cunctis humanis paſſionibus eſſent, translatam in ſe acceperunt hanc poteſtatem.*

ſtatem. Certe ſi Rex alicui e ſubditis ſuis tantum honorem impertiri vellet, ut quoſcunque pro lubitu in carcerem compingeret,& alios ad placitum inde eximeret, is ab omnibus paſſim honore & veneratione ſumma haberetur. Non poſſumus ergo illum opinari,neſcio quid exiguum recepiſſe,qui talem honorem a Deo fruendum acceperit,tanto illuſtriorem ſcil. in quantum cœlum terræ præſtat, & anima corpori. Quod latius deducit Chryſoſtomus *d. l.* & ejus defenſor Richardus Montacutius *Orig. Eccleſ. part. 2. cap. ult. n. 44.*

§. 4. Atque hinc nata fuit tam ſubmiſſa principum quorundam in Epiſcopos reverentia, ut ad eorum genua devolverentur,& eorum manus oſcularentur. Vnde Ambroſius *de dignit. Sacerdotali cap. 2.* Quippe *cum videas Regum colla & principum ſubmitti genibus Sacerdotum, & exoſculatis eorum dexteris, orationibus eorum credent ſe committi.* Hilarius Pictavienſ. *lib. 2. contra Conſtantium.* Oſculo *Sacerdotes excipis, quo & Chriſtus eſt proditus, caput benedictioni ſubmittis, ut fidem calces, &c.* Solebant enim Chriſtiani olim occurrentibus Epiſcopis caput ſubmittere, ut ab iis benedictionem acciperent. Et propterea trepide admodum, magnaque cum verecundia conſtitutionem ſuam de accuſatione Epiſcopi, presbyteri vel diaconi ediderunt Imperatores Theodoſius & Valentinianus,quæ habetur apud Jacobum Sirmondum *in append. Cod. Theod. num. 20. pag. 57.* Audemus *quidem ſermonem facere ſolito plus timore capti, de ſanctis & venerabilibus ſacerdotibus & ſecundis ſacerdotibus vel etiam Levitis, & eos cum omni timore nominare, quibus omnis terra caput inclinat.* Exempla perſonarum illuſtrium tali modo Epiſcopis caput ſubmittentium collegit Henricus Valeſius *ad Theodoreti lib. 4. hiſtor. cap. 5.*

§. 5. Sed quod ita ſponte ab initio præſtiterunt perſo-

næ illuſtres, & ex reverentia erga ſanctum miniſterium, id ut debitum deinceps exigere haud veriti fuerunt Epiſcopi. Refert Philoſtorgius, prout ex eo adducit Valeſius *d. l.* Leontium Tripoleos Epiſcopum, cum reliqui omnes Epiſcopi Euſebiam Auguſtam, Uxorem Imperatoris Conſtantii adirent, eamque ex more adorarent, nunquam adduci potuiſſe, ut eam inviſeret, niſi ea conditione, ut Auguſta venienti ipſi aſſurgeret & caput ſubmitteret, poſtulans, ut benediceretur Superba nimis hæc fuit præſumptio, Epiſcopales virtutes omnes obfuſcans, & officium longe ſupergreſſa. Quo eodem refero canonem a Johanne IX. Papa conditum & a Synodo Tricaſſina ſub *num. 1.* probatum atque receptum: *Ut Epiſcopi cum omni reverentia a cunctis mundi poteſtatibus debite honorentur, atque coram eis ſedere nullatenus audeant, niſi illis præcipientibus.* Refertur apud Sirmondum *tom. 3. Concil. Gall. pag. 478.*

§. 6. Interim, quod ſua ſponte præſtiterunt Imperatores & Principes, ut ab omnibus ſuis ſubditis digno honore afficiantur, qui divino cultui inſerviunt, lege publica cautum voluerunt. In capitularibus *lib. 1. tit. 7.* hanc promulgavit legem Karolus Magnus: *Omnes Laicos monemus, ut honorem Eccleſiaſticum conſervent, & dignam venerationem Epiſcopis & DEI ſacerdotibus exhibeant, & ad eorum prædicationem cum ſuis devote occurrant, & jejunia ab illis communiter indicta reverenter obſervent & ſuos obſervare doceant & compellant.* Similiter *lib. 5. tit. 170.* Quia conſtat, *religionem Chriſtianam per ſucceſſores Apoſtolorum ſalubriter adminiſtrari, populisque ad vitam æternam ducatum exhiberi debere, primo neceſſarium judicavimus omnibus præcipere, ut honorem debitum venerabiliter Epiſcopis absque ulla ſimulatione aut detractione impendant, eis in omnibus, ut patribus, obediant, & quicquid pro ſalute animarum*

monne-

monuerint, prout melius potuerint, adimplere satagant. Nam Episcopos & Sacerdotes, quibus omnis terra caput inclinat, per quos & nostrum pollet imperium, admodum honorari & venerari omnes monemus, nec eos lacerari aut blasphemari; aut detrahi a quoquam volumus, quia detractio sacerdotum ad Christum pertinet, cujus vice legatione funguntur in Ecclesia. &c. Conferri hic poterit epistola Caroli Calvi Imp. ad Johannem VIII. Papam, quam recenset Petrus de la lande *in supplem. concil. Gall. pag. 287.* Add. Anton. Dadin. Alteserra *ad c. 6. X. de major. & ob.*

§. 7. Inde, ni fallor, factum, ut Episcopi & Prælati alii *venerabiles* dicerentur, illisque hæc appellatio quasi propria tribueretur. Herm. Conring. *in censura diplom. Ludov. cap. 12. pag. 206.* quemadmodum & vocabulum sanctus, Episcopis, etiam adhuc viventibus, collatum fuit. Steph. Baluz. *ad Servat. Lup. pag. 477.* Venerabilis autem vocabulum ita quibusdam adhæsit, ut piaculum crederetur, nomen eorum sine tali additamento commemorare, quod abunde constat exemplo Bedæ venerabilis, Presbyteri in Anglia, & Petri venerabilis, Abbatis Cluniacensis. De illo fabula circumfertur, ab angelo primum ita nominatum fuisse. Fabulam ipsam, & quidem ut fabulam, ex Petro recenset Baronius Cardinalis *in martyrol. ad d. 27. Maii.* Cum, inquit, *discipulus ejus, ipso defuncto, titulum sepulchro ponere disposuisset, unice carmine Leonino sic incipiens: Hac sunt in fossa, velletque finire Bedæ Sancti, vel Presbyteri ossa, nec metrum stare posset, nec ullum ei vocabulum aliunde occurreret, tædio affectus tandem ivit dormitum: & ecce mane in tumulo angelicis manibus reperitur insculptum: Hac sunt in fossa Bedæ venerabilis ossa.* Recte fabulam vocat hanc relationem Baronius. Aliam namque nomenclaturæ istius originem ex Gabrielis Bucelini

Me-

Menologio Benedictino recenset Petrus Franciscus Chiffletius *in dissert. prælim. ad histor. Bedæ c. 1.* Scriptorum ejus, inquit, *tanta fuit auctoritas, ut ex ordinatione Episcoporum Britanniæ in Ecclesiis publice legerentur. Cumque in lectionibus homiliarum, ejus nomen ex more auctoris venerabilis Bedæ presbyteri præfigerent, aliter, eum dum viveret, prædicare non præsumentes; obtinuit in hodiernum usque diem mos; ut qui a principio dum viveret, non sanctus, sed venerabilis nuncupabatur, ob ipsam tam illustris nomenclaturæ rationem, venerabilis deinceps perpetuo diceretur.*

§. 8. Quicquid hujus sit, id certe constat, titulum venerabilis aut venerandi esse honorarium Episcoporum jam a multis seculis. In collatione Carthaginiensi I. quæ habita fuit seculo ineunte quinto, mox ab initio & deinde passim Viri venerabiles dicuntur. Et sic etiam post vicennium durante Synodo Ephesina ad Capreolum Episcopum Carthaginiensem literas miserunt Episcopi Hispani Vitalis & Constantius, sive, ut alii legere malunt, Tonantius, cum inscriptione: *Domino & venerabili & beatissimo in Christo famulo DEI domino nostro Capreolo &c.* & subscriptione: *Ora pro nobis, domine sancte, venerabilis & beatissime Papa. Incolumem venerabilitatem tuam nobis Dominus noster JESUS longiorem conservet, Domine sancte ac venerabilis Papa.* Epistolam ipsam edidit Jacobus Sirmondus *tom. 1. Opuscul.* Antiquiorem ejus vocabuli usum nunc non inquiro. Nec tamen dubito, receptum eum anterioribus etiam temporibus fuisse. Constantinus ipse Eusebium ἱερώτατον ἐπίσκοπον vocat. Euseb. *lib. 3. de vit. Constant. cap. 62.* Alibi ὁσιότητος vocabulum Episcopis applicat. apud. eund. *lib. 4. cap. 42.* item καθαρότητος *lib. 3. c. 61.* Quæ vocabula sanctitatem denotant apud Latinos. Et sic enim sancti omne genus priscorum

rum Dei famulorum, maxime vero Episcopi dicti fuerunt, Casp. Barth. *in animadv. ad Paulini Petrocorii de vita Mart. lib. 1. pag. 13.* Add. Carol. du Fresne *in glossar. tit. sanctitas.* Jo. Mabillon. *de diplomat. lib. 2. cap. 2.*

§. 9. Quemadmodum igitur Episcopi in antiqua Ecclesia propter sanctitatem vitæ, qua eminuerunt, sancti & venerabiles dicti fuerunt: ita etiam Superintendentes nostri id operam dare debent perpetuo, ut eandem laudem, idemque nomen & honorem eundem mereantur. Jubet id Ordinatio Ecclesiæ Elect. Saxonica *tit.* von der *Visitation.* verbis: Daß die General und Special-Superintendenzen mit gelehrten/ gottsfürchtigen/ ehrlichen/ tapfern/ standhafften Männern besetzt werden/ die zu GOttes Wort/ rechten Prophetischen und Apostolischen heiligen Christlicher Lehr und Religion/ wie die in Augspurgischen Confession, und dem publicirten Concordien Buch verfasset/ einen sonderlichen Christlichen Eyfer/ darzu ihre gute testimonia und Zeugniß beyde der Lehr und Leben bey der Kirchen und männiglich haben/ aufdaß sie mit Warheit von den Lesterern nicht getadelt/ sondern ihr Amt in der Visitation und sonsten desto ansehnlicher führen/ und mit grossem Nutz der Kirchen verrichten können.

§. 10. Maxime vero id necessarium est propter pastores & ministros Ecclesiæ alios, quos suæ inspectioni subjectos habent, quibus typi esse debent, doctrina pariter & exemplari vita. In his enim consistit magisterium Episcopale, propter quod magistri Ecclesiæ dicuntur Salviano Massiliensi *epist. ult.* Et obtineri omnino vix poterit, ut reliquum ministerium admonitionibus Superintendentis morem gerat, nisi ipsius etiam vita orationi respondeat. *Non confundant opera tua,* ait Hieronymus *ad Nepot. ep. 2.* ne, cum *in Ecclesia loqueris, tacitus quilibet respondeat, cur ergo hæc, quæ*

dicis ipse, non facis. Sane quod de Philosophis contaminatæ vitæ quondam dixit Seneca, id horum similibus Ecclesiasticis potest accommodari: *Nullos*, ait Seneca, *pejus mereri de omnibus mortalibus judico, quam qui philosophiam velut aliquod artificium venale didicerunt: qui aliter vivunt, quam vivendum esse præcipiunt: exempla enim seipsos inutilis disciplinæ circumferunt.* Et quod de parentibus scripsit Plutarchus, recte spiritualibus hisce patribus aptabitur: *Ante omnia debent parentes nihil peccando, sed cuncta, quemadmodum oportet, agendo evidens semetipsos liberis exemplar præbere, ut in ipsorum vitam velut speculum intuentes a turpibus dictis factisque avertantur.* Conf. Baluzius *ad Lup. p. 408.*

§. 11. Et hoc idem inculcatur in den alten Generalien de anno 1557. *tit.* von Wahl und Amt der *Superinten*denten: Demnach denn ein Superattendens andern Pastoribus vorstehen / sie unterweisen / vermahnen / straffen / annehmen und entsetzen helffen / und andere Dinge / die hernach folgen / ausrichten soll / will hoch vonnöthen seyn / daß solcher bey den andern Pastoribus ein Ansehen und Scheu habe / und nicht seiner Jugend / Ungeschicklighkeit / ärgerlichen Lebens / und dergleichen Ursachen halber verachtet werde. Clerici enim omnes, qui sunt in diœcesi, subjecti sunt diœceseos istius Episcopo, etsi id nolint Ecclesiarum fundatores, secundum *canonem 8.* Concilii Chalcedonens. Quod repetitur in Capitularib. *lib. 7. tit. 2.* Clerici *qui præficiuntur in ptochiis, vel qui ordinantur in monasteriis, vel basilicis martyrum, sub Episcoporum, qui in unaquaque civitate sunt, secundum sanctorum patrum traditiones, potestate permaneant, nec per contumaciam ab Episcopo suo dissiliant.*

§. 12. Hinc ergo minores majoribus & inferiores superioribus obedientiam debere, ex Synodo Romana sub Syl-

Sylveſtro congeſſit Gratianus *C. A. ſubdiacono. Diſt. 93.* & ex concilio Pariſienſi refert *C. Nulla. & C. ſeq ibid.* nulla ratione *clericos aut ſacerdotes habendos eſſe, qui ſub nullius Epiſcopi diſciplina & providentia gubernentur, & qui ſuis Epiſcopis non obediant, indubitanter reprobos & reos exiſtere.* Conſequitur hinc graviter puniendos eſſe paſtores illos, qui Superintendentibus ſuis non obediunt, ipſis inſultant, contumeliis afficiunt, malevolentiſſimis obtrectationibus detrahunt, & procaciſſime illudunt. Ab officio deponendum eſſe Clericum, ſtatuitur in *can. Apoſtol. 55.* qui Epiſcopum contumelia affecerit. Atque ideo a Paſtoribus & Diaconis, & obedientiam & reverentiam Superintendentibus ſuis præſtari deberi, etiam atque etiam jubet Ordinatio Electoralis Saxon. Eccleſ. *tit.* vom Leben und Wandel der Pfarrer x. Daneben ſollen die Diaconi ihre Paſtores, und ſie beyde ihre Superintendenten in gebührenden Ehren halten / ihnen gehorſam ſeyn in allen billigen Sachen / ſie nicht bey der Gemeine verkleinern / nicht wider ſie practiciren / oder Rotten anrichten / die Gewaltigen oder den Pöbel nicht wider ſie verbittern oder verhetzen / der Hoffnung ſie endlich müde zu machen / oder gar auszubeiſſen.

§. 13. In quem faſtum proruperint aliquando, quaque ſuperbia ferociaque intumuerint ſæpe Diaconi, & veteris & noſtræ Eccleſiæ exempla abunde comprobant. De illis videri poterunt, quæ congeſſit Gratianus *diſt. 93.* De his præſtat tacere, quam multa proferre. Laudare oportet ſermones & facta atque geſta omnia ab illis vel viſa vel audita, niſi penes eos cenſoriæ ſeveritatis notam ſubire malis, adeo ut nec libere de eorum concionibus judicare, nec quicquam reprehendere, aut alium haud paulo diligentiorem eis præferre liceat. Etiam tacita pectoris ſui ſecreta ſi quis de eo-

rum statu & conditione in sinum amici effuderit, atque illi certiores ea de re undecunque facti fuerint, protinus sugge-sto prædicandæ Christi gloriæ destinato ad suos affectus abutuntur, & gradum istum, DIC ECCLESIÆ, a Christo sibi præscriptum, vano tumore præcipitant, in hoc sibi maxime felices visi, quod nemo illis contradicere ausit. Et tum vero Superintendentis officium sese exserere debet, qui remittere spiritus, comprimere animos suos, sedare arrogantiam eos doceat, quive παρεκβάσεις illas & digressiones inconditas coërceat, neque eos suo sensu abundare patiatur.

§. 14. Nec tamen licet propterea hac sua potestate abuti Superintendentibus, ut putent, licere sibi promiscue, quicquid libuerit, pastoribus sibi subjectis imperare, eorumque facilitatem in suos usus vertere. Episcopum enim non ut dominantem in clero, sed ut exemplar gregis præesse vult Apostolus *1. Petr. V, 3* eumque officio suo fungi ait Chrysostomus οὐ βιαζόμενον, ἀλλὰ πείθοντα, non cogendo, sed svadendo. Atque hinc Hieronymus Regem & Episcopum comparans, *ille*, inquit, *nolentibus praeest*, *hic volentibus.* Eleganter Bernhardus Abbas Clarevallensis ad Eugenium Pontificem *lib. 2. de consid. c. 6.* Nec enim, inquit, *tibi ille* (Petrus) *dare, quod non habuit, potuit: quod habuit, hoc dedit, sollicitudinem, ut dixi, super Ecclesias. Numquid dominationem? audi ipsum, non dominantes in clero, sed forma facti gregis. Et ne dictum sola humilitate putes, non etiam veritate, vox Domini est in Evangelio: Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur, & infert: vos autem non sic. Planum est, Apostolis interdicitur dominatus. I ergo tu, & tibi usurpare aude, aut dominans Apostolatum, aut Apostolicus dominatum. Plane ab alterutro prohiberis, si utrumque similiter habere velis, perdes utrumque.*

§ 15.

§. 15. Eaque propter non negabo, licere subjectis pastoribus monere aliquando Superintendentes suos, si quid est alicujus momenti, aut si peccent in publica commoda. Tum vero cavere inprimis debent pastores illi, ne ex eo, quod præpositorum vita reprehensibilis in aliquo videtur, eos propterea contemnant, aut apud populum contemptibiles reddant. *Subtilis enim*, inquit Gregorius M. *lib. 25. moral. in Job. cap. 22.* via tenenda *est rectitudinis & humilitatis, ut sic reprehensibilia magistrorum facta displiceant, quatenus subditorum mens a servanda magisterii reverentia non recedat.* Ex Ivonis Carnotensis epistolis constat, sæpissime eum superiores suos, & ipsum denique summum Pontificem propter corruptelas invalescentes gravioribus quandoque verbis appellasse, sed ita, ut nihilominus humilitatis & modestiæ memor clausulam valde mitigantem addat. In *epist. 89.* admonet Paschalem Romanum Pontificem ne aures facile præbeat Episcoporum accusatoribus. Et addit: *Ita enim bonam famam vestram, quæ Sedi Apostolicæ valde necessaria est, conservando multorum saluti providebitis & æmulorum linguas a maledicto revocabitis. Alioqui si qua pudenda patris, quod DEVS avertat, revelata fuerint, non ea ut filii aversionis deridebimus, sed tamen ab hujusmodi admonitionibus, quas infructuosas videbimus, stylum & linguam cohibebimus. Nec indignetur Sanctitas vestra, si ut filius talia suggero paternitati vestræ, quia multos pastores jam vidi propter remissa flagitia vel multorum dissimulata facinora ori suo silentium posuisse, & a spe corrigendorum malorum plurimum defecisse.* Consimiliter ad eadem Paschalem scribit *epist. 219.* Præterea *consuetudinem Apostolicam hactenus fuisse, nec legimus, nec audivimus, ut ad delationem unius personæ quamlibet splendidæ sententia daretur in absentem, præcipue, qui nec auditus fuerat,*

nec vocatus. Cum ergo de ejusmodi jure possim conqueri & plurimum disceptare, malui tamen servare humilitatem obsequentis, quam mihi arrogare solertiam differentis &c. Ad hunc eundem modum scribit etiam Bernhardus ad Eugenium Papam *lib. 2. de consid. c. 1.* Non est *mea humilitatis dictare tibi sic vel sic fieri quicquam. Sufficit intimasse oportere aliquid fieri, unde & Ecclesia consoletur & obstruatur os loquentium iniqua.* Ejusdem argumenti est epistola Nicolaï de Clemangiis 2. quam scripsit ad Benedictum XIII. recens electum.

§. 16. Vt populus honestati morum studeat, & vitam Christiano nomine dignam agat, multum facit pastorum vigilantia & exemplum: Vt vero pastores etiam suum id præstent officium, Superintendentes exemplo esse, & frequenti ἐπισκοπῇ coërçere eos oportet. Videant ergo Superintendentes, ne desidiæ arguantur, audiantque se corripi a Cardinali Bellarmino, qui *lib. 3. de gemit. columb. cap. 5.* Episcopos nonnullos his reprehendit verbis: *Origo malorum est, quod Episcopi aliqui non speculantur, quomodo se clerus ipsorum gerat, sed vel longe absunt ab Ecclesia, unde ne speculari quidem possunt, cum in specula sibi assignata non sedeant vel speculantur quidem, sed agros, & vineas, & hortos, vel quomodo possint reditus Ecclesiasticos majores facere, vel domum suam ornare egregia supellectile, vel propinquos augere divitiis, vel adscendere ipsi ad gradus altiores. Quid igitur mirum est, si Ecclesia eorum tota sylvescant? si parochorum negligentia plebs fidelis ignoret, qua sunt ad salutem necessaria, & sic pereant anima, pro quibus Christus mortuus est? si denique Clerus corruptis ac depravatis moribus suis populum ad se imitandum provocat, & hac ratione, quos debuerat sanare, corrumpat?*

Cap. VIII.

CAPUT VIII.

De Poteſtate Eccleſiaſtica, qualis Superintendenti competat Jure Divino.

§. 1.

ECcleſia eſt corpus myſticum per prædicationem verbi unitum, & ex ſanctis atque credentibus congregatum, ita ut Chriſto capiti ſuo per fidem copulentur & uniantur. Spirituale igitur eſt hoc corpus, & uti Chryſoſtomus *ſerm. 10. in cap. 4. ad Ephef.* loquitur, ex animabus noſtris conſtructa domus. Et propterea Eccleſiam in prædeſtinatis conſiſtere dixit Auguſtinus apud Gratianum *C. Hoc ſacramentum. de conſecrat. diſt. 2.* quippe qui cum Chriſto conſtituunt unam perſonam, ut quæ Eccleſiæ ſunt, Chriſti ſint, & quæ Eccleſiæ offeruntur, Chriſto offerantur, & quæ ab Eccleſia tolluntur, Chriſto tollantur, uti legitur in capitularibus *lib. 6. cap. 302.* quia ſcilicet Chriſtus hujus corporis caput, Eccleſia autem illius capitis corpus eſt, uti explicat Gregorius Papa *lib. 19. moral. in Job. cap. II.* Illum enim DEUS conſtituit caput ſuper omnia ipſi Eccleſiæ, *Ephef. I, 22.* & ex illo totum corpus per commiſſuras & compages ſuppeditatum & compactum augeſcit DEI augmento, *Coloſſ. II, 19.*

§. 2. Sicut igitur Caput, Dux, Imperator promoturus cives & ſubditos ſuos ad beatitudinem civilem, quæ ultimus ſocietatis humanæ finis eſt, colligit eos in unum quaſi corpus, illudque legibus & conſtitutionibus ſuis animatum reddit, dum perſpectum habet, abſque lege communitatem conſiſtere haud poſſe, & facilius ad virtutis actiones eam ita præparari, nec aliter beatitudinem intentam acquiri, eo quod ſine ordine & juſta partium harmonia confuſa omnia reddantur: ita etiam Deus cives Eccleſiæ ſuæ, quos per ver-

bum

bum & Sacramenta regeneravit, ex tenebris ad lucem produxit, & ex ſtatu iræ in ſtatum gratiæ tranſtulit, promoturus ad æternam beatitudinem in unum corpus colligit, illudque per fidem animatum reddit, atque in illud ipſemet per omnia membra unita vigorem & efficaciam Spiritus transfundit, eum in finem, ut quos colligit, in fide perſiſtant, & alii inſuper huic cœtui ſe adjungant. Ad iſtum tamen finem cœtus ille nihil omnino confert ex ſe, cum fides, verbum & ſacramenta, uti efficiunt, ita etiam conſervant juſtificationem, ſed unice per applicationem mediorum ab ipſo Salvatore Chriſto expoſitorum, qualia ſunt verbum & Sacramenta, & per abſtentionem a peccatis, quibus obex ponitur Spiritui S. quæq; ſalutem æternam prorſus excludunt.

§ 3. Eccleſiæ igitur, ut Eccleſia eſt, ſolus & proprius finis hic eſt, ut fideles qui ſunt in Eccleſia, æternam beatitudinem ſupernaturalem & divinitus revelatam conſequantur. Qui finis totus ſpiritualis eſt, & ſolis ſpiritualibus mediis acquiri poteſt. Nec aliter fundavit Eccleſiam ſuam Salvator mundi, niſi per actus mere ſpirituales, per prædicationem verbi, per remisſionem peccatorum, per baptiſmum, per Sacramenti Cœnæ adminiſtrationem, quæ omnia res mere ſpirituales ſunt, ad animas proprie, non præciſe ad corporea & ſenſibilia pertinentes. Neque Eccleſia in his terris militans aliud pugnæ genus, niſi ſpirituale debellandum habet. *Non enim nobis lucta eſt adverſus carnem & ſangvinem, ſed adverſus Principes & poteſtates, adverſus mundi Rectores tenebrarum harum, contra ſpirituales nequitias, in cœleſtibus, Epheſ. VI, 12.* Sic & arma Eccleſiæ ſunt ſpiritualia, quæ Apoſtolus in ſequentibus deſcribit: *Propterea accipite armaturam Dei, ut poſſitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfectis ſtare. State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate & induti lorica juſtitiæ &c.*

§. 4.

§. 4. Plus dicam, Ecclesiam Christi, quatenus est cœtus electorum, esse invisibilem. Electi enim, etsi ratione externæ conversationis in Ecclesia visibiles sint, invisibiles tamen sunt ratione fidei & internæ regenerationis & in hoc respectu soli Deo cogniti, *2. Tim. II, 19.* Atque, ideo cœtus ille credentium invisibilis dicitur, non quod illi per Orbem Christianum dispersi pii, ratione suæ personæ non veniant sub aspectum hominum, nec quod cum visibili ministerio exercitioque divini cultus nihil eis commercii sit, sed quia proprietates illæ & notæ internæ, quibus ipsi tanquam vera membra Ecclesiæ a falsis in Dei oculis secernuntur, aspectui hominum minime subjacent, sed ita in corde fidelium hærent absconditæ, ut etsi quisque fidelium de se, nemo tamen quisquam de aliis absque omni dubitatione possit esse certus, sintne inter viva Ecclesiæ membra certo connumerandi, an vero inter adulterina rejiciendi. Nec ergo invisibilis Ecclesia contrariatur visibili, sed subordinatur, cum invisibilis Ecclesia sit in visibili, Balth. Menzerus *Tom. 2. disp. Giesens. 9.* Vocatorum namque Ecclesia latior est, quam electorum; continet enim omnes externa professione fidei consentientes, bonos & malos; at cœtus electorum solos vere & perseveranter in Christum credentes complectitur. Interim electi extra cœtum vocatorum quærendi non sunt, sed huic inclusi continentur, & quidem ita, ut haud raro in magna multitudine vocatorum paucissimi lateant electi. Ægid. Hunn. *de Eccles. p. m. 55.*

§. 5. Quæ cum ita sint, cum in Ecclesia spiritualia sint omnia, cum animarum salus in ea quæratur, cum tota ejus militia spiritualis sit, imo cum ipse etiam cœtus credentium invisibilis sit, quam putabimus Ecclesiæ competere potestatem? certe non aliam, nisi spiritualem. Media ad finem du-

centia ejusdem naturæ esse debent, cujus est finis. At finis Ecclesiæ ex instituto divino mere spiritualis est, ut scil. fideles ad æternam beatitudinem ducantur. Potestas ergo, ut medium ad istum finem ducens, similiter mere spiritualis erit. Sequitur hinc porro, excludi ab ea omnem vim ἀναγκαστικὴν sive coactivam, omnem dominatum, qui præfecturas civiles imitetur, & ipsam totam potestatem esse mere ministerialem & directivam, quatenus scil. in arbitrio ejus, erga quem potestas illa ecclesiastica exercetur, consistit, parere velit monitis, an minus, ita, ut qui præest, nihil habeat, quo parere nolentem ad parendum adigere queat. Cum enim potestas ista animam humanam ut salvandam pro materia & subjecto nativo habeat, anima autem cogi per vim externam, ut libere assentiatur, nullo modo possit, tota illa potestas in internis conscientiæ motibus dirigendis, minime omnium in vi externa adhibenda occupari debet. Optime Chrysostomus *homil. 2. ad Ephes.* Sermonis *doctrina*, inquit, *nobis commendata est, non principatus, nec potestatis autoritas, ordinem tenemus consulentium & adhortantium, qui consulit, sententiam suam dicens auditorem non cogit, sed in illius potestate faciendorum optionem liberam relinquit.* Officium tamen auditoris est, parere istis monitis, seque morigerum præbere, quod non Superintendenti tantum debet, sed etiam cuivis pastori curam animæ suæ habendi. Idque exigunt verba Ordinationis Eccles. Saxon. *tit.* Wie sich die Eingepfarten *x*c. Sie sollen als fromme Pfarr-Kinder ihrer Pfarrer Lehr und Christl. Vermahnungen / so sie aus Gottes Wort thun / gehorsamlich folgen / besonders / wenn sie wegen der greulichen Laster / als Gotteslästerung / Zauberey / Unzucht / Föllerey / Hoffart / Neid / Haß / Zanck / Hader / gestraffet / und des erschrecklichen Zorns / Drau-

Drauen und Straffen GOttes erinnert werden/ damit GOtt die Verächter seiner treuen/ väterlichen Verwarnungen heimgesucht/ und härtiglich allezeit gestraffet hat.

§.6. Talis est ex jure divino Episcopi & apud nos Superintendentis potestas, non certe alia, ac est Medici, quippe qui & ipse nullam omnino in ægrotum jurisdictionem habet, nec etiam per vim cogere potest eum, ut medicamentis utatur; Potest ergo solum monere eum, & periculum, quod ex morbo imminet, nisi applicari sibi faciat medicamentum, exponere. Qui si parere noluerit, nihil omnino superest Medico, per quod vim ei inferre queat. Nil hic plus jure divino concessum est Superintendenti, qui & ipse si morbidam aliquam oviculam in grege suo observaverit, crebris monitionibus instare debet, ut in viam salutis eam revocet. Quæ si parere nolit, per excommunicationem tandem a reliquo grege separare debet, sed quæ ipsa privativa tantum pœna est, haudquaquam coactiva, uti infra plenius explicatum dabimus. Videri poterit Marcus Anton. de Dominis *de Republ. Eccles. lib. 5. cap. 2.*

§.7. Celebris est apud Canonistas distinctio jurium Episcopalium, quod alia pertineant ad potestatem ordinis, alia ad potestatem jurisdictionis. Plerique addunt speciem tertiam, Legem scil. diœcesanam, alii adhuc quartam, statum nempe & dignitatem Episcopalem, ad quam utramque seorsim nonnulla jura referunt. Vid. Carpzov. *in Jurispr. Consistor. lib. 1. def. 4.* Sed uti ea, quæ quartæ huic speciei adscribuntur, vel ad ordinis vel ad jurisdictionis potestatem referri consveverunt: ita etiam circa tertiam inter ipsos Canonistas non una omnium est sententia. Discrimen jurisdictionis & legis diœcesanæ natum fuit exinde, quod in Concilio Ilerdensi, cujus canones refert Gratianus *c. 1, 10. q. 1. &*

c. cum pro utilitate. 16. q. 1. statutum inveniatur, monachos a lege diœcesana solutos esse, quæ alias Episcopo in eos, uti in omnes personas Ecclesiasticas sibi subjectas, competeret. Cumque non ausint interpretes eos propterea ab omni jurisdictione Episcopi liberos & exemptos statuere, discrimen istud inter potestatem jurisdictionis & legem diœcesanam commenti sunt. Sed enim rectius hodie sentiunt recentiores, istis canonibus non tam statuisse Patres auctoritatem Episcopalem minuere, quam ærarium monasticum augere, nec diversa esse legem diœcesanam & legem jurisdictionis, sed eandem prorsus, & per utrumque imperium Episcopale, seu potestatem potius Episcopalem significari. Ejus vero cum plurimæ sint partes, & inter has quoque illa, qua tertiam oblationem percipere solebant Episcopi, hanc partem suæ potestatis commodo Monachorum studentes Episcopos remisisse, ut annona largior illis suppeteret. Id vero in summa paupertate veterum monachorum jure singulari statutum fuit circa oblationes in provincia Tarraconensi, in qua concilium Ilerdense habitum est. Vid. Francisc. Florens *differt. jur. Canon. cap. 1.* Nicol. le Maistre *de bon. Eccles. part. 2. lib. 2. cap. 1. in fin.* Anton. Dadin. Alteserra *ascetic. lib. 7. cap. 11.* qui ipse *lib. 2. cap. 5.* distinctionem hanc legis diœcesanæ & jurisdictionis commentum vocat, propter eam tamen monasteria in perquam multis a potestate Episcoporum soluta fuisse refert.

§. 8. Restant igitur duæ priores species, de quibus hæc habentur verba in apolog. Aug. Conf. *art. 14.* Placet *nobis vetus partitio potestatis in potestatem ordinis & potestatem jurisdictionis. Habet igitur Episcopus potestatem ordinis, h. e. ministerium verbi & sacramentorum: habet & potestatem jurisdictionis, h. e. autoritatem excommunicandi obnoxios publicis criminibus,*

&

& rursus absolvendi eos, si conversi petant absolutionem. Neque vero habent potestatem tyrannicam, h. e. sine certa lege, neque regiam, h. e. super legem, sed habent certum mandatum, certum verbum DEI, quod docere, juxta quod exercere suam jurisdictionem debent, &c. Ipsa hæc verba ostendunt, vocabulum jurisdictionis accipi in sensu quodam analogo, & divisionem istam minus quidem accuratam esse, sed retineri tamen posse, si dextre explicetur. Nec enim alia potestas jure divino ministris Ecclesiæ data est, nisi potestas docendi, baptizandi, ligandi & absolvendi. Qui duo postremi actus proprie & formaliter loquendo non sunt actus jurisdictionis humanæ, uti quidem jurisdictio communiter describi solet, neque potestatis alicujus coërcitivæ corporalis, sed directivæ & executivæ legis a Deo jam latæ, quæ per ipsam potestatem ordinis simul confertur. B. Hulsemann. *Breviar. cap. 19. in supplem. num. 9.*

§. 9. Canonistæ & Latinæ Ecclesiæ Doctores, ad quorum commenta hæc divisio potestatis pertinet, in potestate ordinis explicanda respectum habent ad sacrificium, quod in Christi contumeliam commenti sunt, incruentum. *Ordinis ea est potestas*, inquit Augustinus Barbosa *de off. & pot. Episc. part. 1. tit. 1. cap. 1. n. 10.* ut sciat *& possit omnia Sacramenta conferre, chrisma consecrare, prædicationis munus exercere, alios ordinare, ad Eucharistam sumendam præparare, & Sacerdotes creare. Finis vero unus est illis cum Sacerdotibus communis, qui est sanctissimæ Eucharistiæ consecratio & offerre Domino verum sacrificium. Jurisdictionis autem potestas ad mysticum fidelium corpus spectat, quibus toto Orbe terrarum diffusis, oportuit pro locorum amplitudine, Regnorumque frequentia, illis assignari antistites ac præfectos, quorum alii majorem, alii minorem jurisdictionis potestatem ad leges condendas haberent, prout*

 necessi-

necessitas aut utilitas postulare videbatur. &c. Sequuntur plura, quæ variam animadversionem mererent, si quidem immorari his liberet. Vid. Marc. Ant. de Dominis *de Rep. Eccles. lib. 5. cap. 3.*

§. 10. Quod vero supra dixi, per potestatem ordinis simul conferri potestatem jurisdictionis, quam in potestate ligandi & solvendi consistere statuimus, id ex eo haudquaquam consequi asserunt Pontificiæ Ecclesiæ Doctores. Potestatem enim dandi indulgentias plane separatam faciunt a potestate clavium in ligando & solvendo consistente, illamque ad potestatem jurisdictionis, hanc vero ad potestatem ordinis referunt. Sic enim censent, Papam, etiamsi non esset Sacerdos, etiamsi non esset in sacris, posse conferre indulgentias, contra alium hac prætensa jurisdictione, quam a potestate ordinis separant, destitutum, non posse eas conferre, etiamsi insigniretur omnibus ordinibus; ita ut aliquis, qui juxta eos non habet potestatem remittendi peccata in sacramentis baptismi & pœnitentiæ, habeat potestatem tantum de residuo satisfactionum sanctorum largiendi, & judicialiter a pœna temporali absolvendi, quantum libuerit. Quam sententiam merito exagitat Andreas Rivetus *in Cathol. Orthod. tr. 3. q. 13.*

§. 11. Jurisdictio proprie ita dicta Ecclesiæ non competit, nec ulla potestas coërcitiva extrinsecus. Potestas enim Episcoporum, ut & aliorum Ecclesiæ pastorum, uti formaliter mere spiritualis est, ita formaliter mere spirituales effectus producit, & circa spiritualia hominis bona versatur tanquam circa adæquatum objectum. Nec enim aliud continetur in instructione Apostolica, nisi quod extat *Matth. XVI, 19. c. XVIII, 18. c. XXVIII, 19.* docete, *baptizate, ligate, solvite.* Vltra quam instructionem, quia alias nullum deter-

determinandæ poteſtatis ſpiritualis principium datur, huic poteſtati nil quicquam licet affingere. Quia tamen ea totum aliquod poteſtativum conſtituit, ex pluribus partibus poteſtativis coagmentatum, poſſunt partes illæ ita diſtingui, ut aliquæ intrinſecus magis operentur, quas ad poteſtatem ordinis referre licebit, aliquæ vero ad effectus quosdam externos directæ ſint, quas proinde ad poteſtatem jurisdictionis, vocabulo valde improprie ſumpto, interim referemus. Alioquin vero nulla omnino Eccleſiæ competit jurisdictio jure divino, neque imperium ullum, uti infra plenius expoſituri ſumus. Et propterea neque Superintendentibus noſtris aliqua competit jurisdictio.

§. 12. Cæterum poteſtas illa, quam jure divino Epiſcopis & Superintendentibus competere dixi, communis eſt omnibus, qui præſunt Eccleſiis, ſive vocentur paſtores, ſive presbyteri, ſive Epiſcopi, uti recte exponitur in articulis Smalcaldicis, *tit. de poteſt. & jurisd. Epiſcopor.* Jam enim ſupra dixi, jure divino nihil omnino differre Epiſcopum a presbytero. Nec propterea concedendum eſt Auguſtino Barboſæ, dum *d. l.* ordinem Epiſcopalem ab officiis ſacerdotalibus remotiorem facit. *Epiſcopalis tamen ordinis poteſtas*, inquit, *ad hunc euchariſtia conſecranda finem non ita proxime ordinatur, ac Sacerdotium, ſed remotius, quatenus hoc perficit, & poteſtatem conſecrandi per Sacerdotum inſtitutionem confert.* At quomodo ſeparari poterit Ordo Epiſcopalis ab ordine ſacerdotali, cum Epiſcopus ipſe Sacerdos ſit & ex Sacerdotum ordine eligatur. *Quid eſt enim Epiſcopus*, inquit Autor quæſtionum V. & N. T. *q. 101. Tom. VI.* niſi *primus presbyter, h. e. ſummus Sacerdos.* Nec alia fuit ſententia Hieronymi, qui *comm. ad Tit. I.* ait: *Idem eſt presbyter, qui Epiſcopus. In toto orbe decretum eſt, ut unus de presbyteris*

ris electus superponeretur cæteris, ad quem omnis Ecclesiæ cura pertineret, & schismatum semina tollerentur. Habent ergo Superintendentes nostri ex jure divino nihil præcipui præ aliis pastoribus & presbyteris, sed utrique habent potestatem docendi, potestatem administrandi Sacramenta, potestatem clavium ligandi & solvendi. Æque bene enim & efficaciter infimus quisque Evangelii præco, quantum est ex parte ipsius officii & ministerii, docebit & persvadebit, solabitur & terrebit, convincet & convertet, quam summus Episcopus aut Patriarcha: æque bene & efficaciter Sacramenta administrabit.

§. 13. Sunt tamen certi aliqui actus, qui solis Superintendentibus competunt, nec a pastoribus aliis aut presbyteris expediri solent, qualis exempli gratia est jus præsentandi noviter vocatum pastorem ad Consistorium, jus investiendi eundem, jus visitandi Ecclesias, jus habendi synodum &c. Et in istis quidem ὑπεροχή aliqua Superintendentis sese conspicuam reddit; at vero exsuperantia ista haudquaquam venit ex jure divino, sed ex mero jure Ecclesiastico, quod a principe constitutum est. Habet enim etiam princeps vi imperii, quod sustinet, potestatem Ecclesiasticam, sed externam, quæ ideo ei competit, non ut sit præses sacrorum, & sacra ipsa ad altare celebret, sed ut sacrorum præsides in officio contineat, & per consequens non est sacerdotalis & pontificalis, quæ in executione sacerdotalium officiorum consistit, sed est imperatoria, quæ Sacerdotes regit, ut suum officium faciant, quæ bonum ordinem præscribit, quæque externam disciplinam in Ecclesia tuetur. Vid. Petr. de Marca *de concord. Sacerdot. & Imp. lib. 2. cap. 4. seq.* Andr. Rivet. *in Jesuita vapul. cap. 30.* Poterit ergo Princeps vi hujus potestatis inter ministros Ecclesiæ ordi-

ordinem, quem observare debeant, præscribere, poterit uni præ cæteris prærogativam aliquam largiri, poterit ipsis etiam ceremoniis in Ecclesia observandis modum ponere, sed ita ut potestatem internam, quæ Ecclesiæ ministrorum propria est, & in docendo, administrando Sacramenta, ligando & solvendo consistit, intactam relinquat, & nulla alia ratione, nisi quoad externas circumstantias, loci, temporis &c. circumscribat.

§. 14. Vt autem de munere & officio Superintendentis plenius constet, singula ea, tum quæ ad ordinis, tum quæ ad jurisdictionis potestatem referri solent, quatenus in Ecclesiis nostris recepta sunt, speciatim deinceps videbimus, addita hac cautione, quod omitti hac ratione nequeant ea, quæ utrisque, & Superintendentibus & pastoribus communiter aliis, imo & Diaconis hodie nostris communia sunt, qualia fere sunt pleraque ea, quæ ad potestatem ordinis referuntur.

CAPVT IX.

Præcipuum & principale Superintendentis munus esse prædicationem verbi divini, quod non ipse tantum populo intimare, sed etiam, ut id similiter a pastoribus & diaconis sibi subjectis fiat, prospicere debet.

§. 1.

PRædicatio verbi divini communis est omnibus, quibus cura animarum commissa est. Nec enim salvari possunt aliter animæ humanæ, nisi per fidem. At fides aliter concipi non potest, nisi ex prædicatione verbi divini, quod supra latius exposui. De presbyteris dubium non est, antiquissimis temporibus ad prædicationem verbi & sacras concio-

ciones habendas eos admissos fuisse. De Diaconis vero nonnullis dubium exortum fuit, uti imprimis docet controversia, quæ ea de re mota est inter Hadrianum Saraviam & Theodorum Bezam ejusdem religionis socios, quam quasi in compendio recensui *tr. de diaconis cap. 8. n. 2.* Sane ex vocabulo *κηρύσσειν*, quod habetur in *can. 2.* Concilii Ancyrani, & Diaconis tribuitur, frustra nonnulli potestatem eam eliciunt, quod vocabulum hoc istic loci plane aliam habeat significationem, uti videre licet apud Christoph. Justellum & Gvil, Beveregium *ad istum can.* Admissos vero etiam Diaconos ad conciones habendas, sufficienter, ni fallor, probat, quod de Johanne Chrysostomo adhuc Diacono refert Palladius *in ejus vit.* ejus ad docendum facultatem inclaruisse, cum adhuc diaconus esset. Conf. Steph. Baluz. *ad Salvian. pag. 419.* Quicquid hujus sit, de nostris diaconis res certa est, eis perinde ut Superintendentibus & aliis pastoribus, docendi munus incumbere, idque tum ex Ordinatione Ecclesiastica, tum ex praxi ubique recepta manifesto patet.

§. 2. Id vero docendi & prædicandi munus etiam ad Superintendentes spectare, neque ab iis negligi debere, docent ea, quæ in veteri Ecclesia de Episcopis, quibus quoad hoc officium perquam similes, & jure divino pares esse Superintendentes, dixi supra, statuta fuerunt. Paulus ipse *1. Tim. III, 2.* Episcopum *διδακτικὸν* aptum ad docendum esse vult. Et in epist. ad *Tit. I, 9.* dicit, oportere Episcopum esse amplectentem eum, *qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sit & exhortari in doctrina sana & eos, qui contradicunt, arguere.* Et propterea recte ait Gregorius Nazianzenus *serm. 1.* ipsam verbi distributionem esse primum Episcoporum omnium officium. Inde &

Ori-

Origenes *Homil. 6. ad cap. 8. Levit.* hæc duo ait esse Pontificis opera, *ut aut a DEO discat legendo Scripturas divinas & sæpius meditando, aut populum doceat, sed illa doceat, quæ a Deo ipso didicerit.* Cumque Paulus Apostolus *1. Cor. IX, 16.* de se ipso gravem hanc atque duram sententiam ferat; *Si evangelizavero, non est mihi gloria, necessitas enim mihi incumbit; Væ enim mihi est, si non evangelizavero:* B. Ambrosius *lib. 1. de offic.* eam ad omnes Episcopos, & ad se ipsum potissimum applicat, non alia se lege vivere statuens. *Nos*, inquit, *quibus in verbis divinis credita est dispensatio, quique Christi gregem nutriendum suscepimus, non sine ingentis periculi noxa nos credimus evasuros, si non secundum hunc modum vivamus, aut etiam si minime prædicamus: ad quod licet nos retardet vitæ improbitas, invitat tamen præcepti necessitas. Et væ jam mihi est, si minime prædicavero, si susceptum thesaurum defodero, & occuluero, verbi divini lucernam compressam retinuero, non cunctorum oculis manifestavero, non humanæ imperitiæ claustra regni cœlestis clavibus reseravero.*

§. 3. Extant adhuc homiliæ atque sermones Gregorii Neocæsariensis, qui Thaumaturgus dictus fuit, Athanasii, Gregorii Nazianzeni, Basilii Magni, Ambrosii, Chrysostomi, aliorumque veterum Episcoporum plurimi, qui quanta cum cura elaborati & compositi fuerint, immortale ex se ipsis exhibent testimonium. Nec aliter inaugurare officium suum, aut initium ejus facere solebant Episcopi, nisi per concionem aliquam & sermonem ad populum, in quo studiose observare solebant auditores, quid in eo proponeretur, & qualiter in dicendo se gereret novus Antistes. Ex eo enim conjecturam faciebant tum de fide ejus, tum de doctrina & moribus. Ita de Eudoxio Episcopo Constantinopolitano refert Socrates *lib. 2. cap. 43.* simulatque ille in sede

 ista

ista collocatus fuisset, *primam illam de inæqualitate Patris & Filii protulisse sententiam, ab omnibus male acceptam.* Et *lib. 7. cap. 29.* de Nestorio noviter creato Episcopo Constantinopolitano hunc in modum verba facit: *Quali ingenio & quibus moribus fuerit, ex prima ejus concione prudentiores quique statim deprehenderunt. Ordinatus enim illico coram universo populo Imperatorem alloquens celebrem illam protulit dictionem: Da mihi, inquit, Imperator, terram hæreticis purgatam & ego tibi cœlum retribuam. Mecum hæreticos debella; ego Persas tecum debellabo. Hæc verba licet quidam ex vulgo, qui hæreticos oderant, libenter amplexi sint, iis tamen, ut dixi, qui interiorem animi sensum ex verbis conjicere norunt, perspecta statim fuit hominis levitas, & violentia cum inanis gloriæ studio conjuncta: quippe qui ne brevissimi quidem temporis moram sustinens, in hujusmodi verba prorupisset, & antequam ipsam, ut vulgo dicitur, civitatis delibasset aquam, acerrimum se persecutorem ostenderet.* Integrum talem sermonem a Meletio Episcopo Antiocheno habitum, quo veluti primitias quasdam muneris sui exhibuit, ad verbum recenset Epiphanius *hæres. 53. sive 73. cap. 29.*

§. 4. Cum vero remissius sæpenumero agerent Episcopi & munus istud docendi negligerent aliquando, Canonibus Ecclesiasticis ad id revocari eos & in ordinem redigi oportuit. Inter canones, qui Apostolici dicuntur, quinquagesimus octavus his verbis conceptus est: *Episcopus vel presbyter, qui cleri vel populi curam non gerit, & eos pietatem non docet, segregetur, & si in socordia perseverat, deponatur.* Ad quem videri poterunt, quos allegat Franciscus Longus a Coriolano *in annotat.* Recte Theodorus Balsamon *ibid.* Episcopalis *dignitas in docendo consistit, & omnis Episcopus debet docere populum pia dogmata.* Et Johannes

Zona-

Zonaras *Inexcuſabile eſt hoc omnis Epiſcopi debitum, docere ſibi ſubditum populum pia dogmata, diregireque rectas in opiniones & honeſtam vitam.* Id ipſum repetiit Concilium Quini Sextum in Trullo habitum *can. 19.* Quod *oportet eos, qui præſunt Eccleſiis, in omnibus quidem diebus, ſed præcipue dominicis, omnem clerum & populum docere pietatis & rectæ religionis eloquia ex divina Scriptura colligentes intelligentias & judicia veritatis, & non transgredientes jam poſitos terminos vel divinorum patrum traditionem, &c.* Plura adducere teſtimonia ſuperſedeo. Conferri poterunt, quæ ſcribit Cardinalis Bellarminus *lib. 3. de Gemitu columbæ cap. 5.* Nec enim de munere iſto & officio Epiſcopali dubitavit inter veteres quisquam, niſi quod aliquando prava conſvetudo aut corruptela potius invaluerit, qua Epiſcopi minus decorum ſibi docendi iſtud officium arbitrati fuerunt.

§. 5. Uti enim ſimplices Sacerdotes vitio ſeculi ſuos habuerunt vicarios, unde perſonatus, qui ita dicuntur, exorti fuerunt, Petr. de Marca *ad Concil. Claromont. cap. 7.* ita & Epiſcopi per vicarios, qui officiales dicebantur, verbum divinum populo prædicare aliquando ſoliti fuerunt. Idque adhuc obſervatur in Eccleſia Latina. Cui praxi cum videret Sixtus Senenſis *lib. 6. bibl. annot. 301.* adverſari Hieronymum, dum Paſtoris officio indignum judicat, qui populum doctrina verbi non paſcat, ſententiam ejus ita temperari cupit, ut indignus ſit, qui nec per ſe, nec per alium docere curat; paſtoralis enim curæ officio ſatisfeciſſe judicat, qui per miniſtros idoneos plebem ſuam erudiat in doctrina Domini. Sed iſti explicationi merito oppoſui verba Claudii Eſpencæi *ex lib. 2. digreſ. cap. 2.* quæ adduxi *tr. de Epiſc. lib. 3. cap. 3. n. 5.* Id vero haud exiguam labem impreſſit Eccleſiæ Romanæ, quod in ea Urbe nec Epiſcopus,

nec alius quispiam in Ecclesia aliquando populum docuerit, uti refert Sozomenus *lib. 7. histor. c. 19.*

§. 6. Alibi tamen ad se solos rapuerunt Episcopi prædicandi officium, ut ab eo prorsus excluderentur presbyteri, & veluti regale aliquod aut πρεσβεῖον sibi id vindicabant. Idque de Alexandriæ civitate observatum dedit Sozomenus *d. l.* Apud Alexandrinos, inquit, *solus civitatis Alexandrinæ Episcopus concionatur.* Nec dubito, aliis etiam in locis id invaluisse, in illis præsertim, & istis temporibus, quibus despicatui habebant presbyteros Episcopi, eosque proterendos & conculcandos putabant. Tum enim ambitioso zelo etiam id sibi arrogabant, ut soli præ aliis omnibus plebem Christi verbo divino reficerent, presbyteris a communis officii præstatione inofficiose depulsis. *Pessimæ consvetudinis esse* ait Hieronymus *epist. 2.* in quibusdam *Ecclesiis tacere presbyteros, & præsentibus Episcopis non loqui, quasi aut invideant, aut non dignentur audire.* Apud Gratianum *c. ecce. dist. 95.* sub Hieronymi nomine in testimonium vocatur liber de *septem ordinibus Ecclesiæ ad Rusticum Narbonensem Episcopum.* Qui liber etsi Hieronymi non sit, uti ostendit Johannes Dallæus *de confirmat. lib. 3. cap. 8.* Hieronymi tamen sententiam eleganter explicat, dum ait: *Ecce ego dico præsentibus Episcopis suis atque adstantibus in altario, presbyteros posse sacramenta conficere. Sed quia scriptum est: presbyteri duplici honore honorentur, maxime qui laborant verbo DEI: prædicare eos decet, utile enim est benedicere. Nemo hinc Episcoporum invidia diabolicæ tentationis inflatus, irascatur, si plebem interdum presbyteri exhortentur, si in Ecclesiis prædicent, si plebi benedicant. &c.* Conf. Anton. Dadin. Alteserra *ad c. 15. X. de offic. jud. ord.*

§. 7. Postquam vero ad munus istud suum redire licuit

euit presbyteris, remissior mox fuit Episcoporum diligentia & tandem cessavit & expiravit prorsus, adeo ut legibus etiam Imperialibus excitari eos oportuerit. Karoli Magni decretum tale refert Sangallensis *lib. 1. c. 20.* Præcepit *religiosissimus Karolus Imperator, ut omnes Episcopi per latissimum regnum suum aut ante præfinitum diem, quem iste constituerat, in Ecclesiasticæ sedis basilica prædicarent, aut, quicunque non faceret, Episcopatus honore careret.* Et in *capitularibus lib. 7. tit. 362.* talis legitur constitutio: *Episcopum oportet opportune & importune atque sine intermissione Ecclesiam suam docere, eamque prudenter regere & amare, ut a vitiis se abstineat, & salutem consequi possit æternam, &c.* Sic & *lib. 1. c. 109.* Episcopos *monemus, ut sive per se, sive per vicarios pabulum verbi divini sedulo populis annuncient: quia, ut ait B. Gregorius, iram contra se occulti judicis excitat sacerdos, si sine prædicationis sonitu incedit.* Vicarii autem tum demum adhibendi sunt, quando *Episcopus non fuerit in domo sua*, h. e. si ex necessaria causa peregre profectus est, *aut infirmus est, aut alia aliqua causa exigente non valuerit,* uti explicant Patres in concilio Moguntiac. *can. 25.*

§. 8. Nec necesse tamen fuit, ut Episcopi ipsi proprio Marte homilias conficerent, quanquam, si fieri id poterit, diligentiam eorum meliori nota commendaverit, sed sufficere putarunt medii ævi Doctores, si proponerentur populo homiliæ ab anterioribus Patribus editæ. Discere id licet ex Concilio Remensi II. *can. 15.* Ut Episcopi *sermones & homilias sanctorum Patrum, prout omnes intelligere possint, secundum proprietatem linguæ prædicare studeant.* Secundum proprietatem linguæ, id est, in lingva vernacula, uti id constat ex Concilii Turonensis III. *can. 17.* Visum est *unanimitati nostræ, ut quilibet Episcopus habeat homilias continentes ne-*

necessarias admonitiones, quibus subjecti erudiantur, id est de fide catbolica, prout capere possint. --- Et ut easdem homilias quisque aperte transferre studeat in rusticam Romanam linguam, aut Theotiscam, quo facilius cuncti possint intelligere, quæ dicuntur. Per linguam Romanam rusticam, ni fallor, intelligitur ea, quæ Francici idiomatis est, & Romana propterea dicitur, quod à Romana puriore ortum habeat. Car. du Fresne *in Glossar. vocab. Roman. Lingua.* Rustica autem ea esse debet ex sententia Canonis, h. e. vulgaris, non compta, neque ornata. Seculo VI. presbytero ægrotante ad diaconos munus istud legendi patrum homilias pertinuisse, discimus ex Concilii Vasensis II. *can. 2.*

§. 9. Et satius profecto fuit, aliorum & veterum quidem Ecclesiæ Doctorum homilias publice ad populum recensere, quam novas ex cerebro conficere, seculo præsertim in barbariem declinante, & ignorantiæ veri cultus divini maximopere patrocinante. Gregorius Nazianzenus, Chrysostomus, Augustinus cæterique purioris ævi Doctores soliti fuerunt in concionibus tractatibusque ad populum non alia vel exempla vel testimonia allegare, quam quæ ex Sacra Scriptura legi poterant. Joh. Rainold. *prælect. 2.* Secus ac ab aliis deinceps factum fuit. Qui Stephani Tornacensis epistolas nupere edidit Claudianus du Molinet, in *præfatione* ejusdem Stephani concionum facit mentionem, easque tam rudes & aridas describit, ut lectione, & sic etiam editione plane indignas judicet. *Quæ,* inquit, *quæ olim fama floruerint, ex accurata earum collectione & conservatione liquido constat. Nihilominus tamen cum alia sit ætatis nostræ, alia superioris hujus elegantia, suis ipsa Lectoribus ita insipidæ ac simplices, ne dicam pueriles interdum apparent, ut luce publica nequaquam dignæ visæ sint: quippe quæ non modo nec erudi-* tas

tas sanctorum Patrum homilias, nec eorum in exponenda sacra Scriptura lucem & felicitatem, nec gravem illam moralem doctrinam purissimis eloquentiæ coloribus perpolitam redoleant. Verum imo, vel ex intricatis divisionibus, vel ex insulsis fictionibus argutius quam solidius commentatis, vel locis Scripturarum utcunque accersitis, vel denique ex allusiunculis quibusdam & acutulis verbis vim totam & ornamentum hauriant, &c. Vixit autem Stephanus Tornacensis Episcopus circa annum MCLXXI.

§. 10. Apud nos ad Superintendentis munus & officium nemo promovetur, nisi concionis elaborandæ & ad populum habendæ fuerit peritus, non tantum, quia pastor simul sit unius certæ parochiæ, quo respectu perinde ac alii pastores ad prædicationem verbi divini obligatus est, secundum ordinationem Eccles. Saxon. *tit.* **Auff was Zeit die Predigt rc.** verb. **Daß unsere Pfarrer und Kirchendiener in Städten und Dörffern ihre Predigten also anstellen / daß sie zur Erbauung der Gemeine Christi in wahrhafftiger Erkäntniß und Furcht GOttes auch zu aller Christlichen Zucht und GOtt gefälligen Erbarkeit dienen mögen.** Sed etiam quia ab ipso etiam Superintendente, qua tali, istiusmodi habilitas exigitur, tum, quod antequam ei munus istud confertur, in præsentia Principis, concionem δοκιμαστικὴν habere oporteat, tum etiam, quod investire deinceps alios pastores sibi commendatos nequeat sine prævia concione. Quod ultimum præscribit Ordinatio Eccles. Sax. sub *tit.* **gemeine Form und Weise rc.** verb. **Nach diesen Gesange soll der** Superintendens **oder sein** Adjunctus, **ob es ihm der** Superintendens **aus Verhinderung wegen nothwendiger Geschäffte oder Leibes-Schwachheit befehlen würde / auffstehen / und eine Predigt thun von dem heiligen** ministerio verbi, **oder sonst von einem** argumento, &c.

§. 11. Non ad suas vero tantum conciones, ut illæ verbo divino, & doctrinæ Orthodoxæ conformes sint; curam adhibere debet Superintendens, quas tamen, quod aliis quasi normam præscribere debeant, hac in parte exuberantes esse oportet, sed etiam, ut pastor um sibi subjectorum sermones ad populum ad eundem modum instruantur, ei est prospiciendum. Ad hoc enim ἐπισκοπὴ sive Superintendentis officium principaliter spectat, & hæc propria ejus inspectio est, ut per Ecclesias suæ diœceseos verbum divinum pure & sine labe prædicetur, utque pastores sibi subjecti in docendo assidui, & fideles, & accurati sint, nec negligant quicquam, quod animabus saluti esse queat. Etsi enim rudior sit populus in agro habitans, & vel leviter percipiendis mysteriis divinis parum habilis, non desistere tamen propterea debet a diligenti informatione pastor illic loci constitutus, utq; id fiat, curæ Superintendentis commissum est.

§. 12. Jubet id Serenissimus Legislator *in Ordinat. Eccles. tit.* von der *Visitation &c.* Damit man auch eigentlich Wissenschafft haben möge/ mit was Gaben ein jeder/ so viel das Lehr-Amt in dem Aussprechen und andern betrifft/ von dem Allmächtigen begnadet/ auch solcher gestalt zum Fleiß zum studieren erwecket/ und nach solchen Gaben mit der Zeit weiter gefördert werden möge/ sollen unsere Superintendenten und Adjuncten dieselben/ so viel jeden zugeordnet/ nach der Ordnung in den Städten/ da der Superintendens wohnet/ in der Wochen predigen lassen/ etliche Tage zuvor deme/ so predigen soll/ eine besondere Materiam aus dem Alten oder Neuen Testament/ nach Gelegenheit der Personen/ davon zu predigen/ zustellen/ und nachdem eines jeden Fleiß oder Unfleiß erfunden/ weil aus einer einigen Predigt nicht so bald zu urtheilen/ solche Ubung wiederholen. Dazu denn auch nützlich und dienstlich/ so offt

die

die Visitation gehalten/ daß der Pfarrer oder Kirchendiener jederzeit seine Concept der Predigten/ so er durch das gantze Jahr/besonders aber das nechst verschienene halbe Jahr gehalten/ vorlege/ darinnen der Visitator zu ersehen/ was er für einen methodum und Ordnung in seinem Predigen gebrauche/ was für Sachen er jederzeit handele/ ob sie zu der Zeit/ an dem Ort/ und für diese Pfarr-Kinder/ nützlich/ nöthig/ und erbaulich/ wie er jede Lehre mit GOttes Wort bestätige/ und Zeugnissen der Heiligen Schrifft in seinen Predigten anziehe/ ob er sie selbst in der Heiligen Schrifft gelesen und nachgeschlagen/ oder nur bloß aus den Postillen ausgeschrieben/ ob er sie latine oder teutsch schreibe/ und was er in solchen allen præstiren könne. Et porro in den General-Artickeln *sub num. 3.* Nachdem die Kirchendiener in allen/ was zu wahrhafftiger Gottseligkeit und Erbarkeit dienstlich/ der Christlichen Gemeine ein gut Exempel vorzutragen schuldig/ sollen zuförderst die Superintendenten sich befleißigen/ daß nicht allein die Prediger und ihre Diaconi, so offt die offentlichen Predigten/ ausserhalb dem täglichen Frühe-Gebet/ gehalten/ allewege sich bey denselben finden/ sondern auch die Superintendenten und Pfarrer selbst darinnen seyn/ damit sie hören und eigentlich erkundigen mögen/ mit was Fleiß ihre Collegen ihre Predigten verrichten/ ob sie auch/ wie sichs gebühret/ darauff studieren/ mit Grunde lehren/ gute Ordnung in ihren Predigten halten/ verständlich lehren/ gebührende Bescheidenheit gebrauchen/ und da es ihnen an deren Stück einen/ oder mehren fehlet/ sie deßhalben freundlich anreden/ unterrichten/ und zur Besserung vermahnen 2c.

§. 13. Plane ad mentem & sententiam veterum, quam expressit Concilium Meldens. *c. 35.* Ut *quisque Episcopus talem juxta se pro viribus habere decertet, qui juxta sincerissimum & purissimum sensum Catholicorum patrum de fide & obser-*

observatione mandatorum DEI & prædicationis doctrinæ, presbyteros plebium assidue instruat, & informet, ne domus DEI vivi, quæ est Ecclesia, sine lucerna verbi divini remaneat. Et propterea Theodulfus, Episcopus Aurelianensis, *in capitulis*, quæ ad presbyteros parochiæ suæ edidit, *c. 28.* doctrinam verbi divini & monendi officium præ cæteris commendat. *Hortamur*, inquit, *vos paratos esse ad docendas plebes. Qui scripturas scit, prædicet Scripturas: qui vero nescit, saltem hoc, quod notissimum est, plebibus dicat: ut declinent a malo, & faciant bonum: inquirant pacem & sequantur eam, quia oculi Domini super justos, & aures ejus ad preces eorum &c. Nullus ergo se excusare poterit, quod non habeat linguam, unde possit aliquem ædificare. Mox enim, ut quemlibet errantem viderit, prout potest & valet, aut arguendo, aut obsecrando, aut increpando ab errore retrahat, & ad peragendum bonum opus hortetur.*

§. 14. Nec aliter vero obtineri potest sanctitas vitæ in populo contumaci, si obtineri tamen potest, nisi objurgationibus, increpationibus, sermonibus invectivis, & verbis ad severitatem compositis. Eaque propter maxime commendatur in pastore libertas dicendi, qua animo soluto ac libero, maximeque præsenti, vitia hominum, etsi summa autoritate pollentium, & ipsorum etiam Principum, haud veretur reprehendere, atque excusso timore omni libere dicere, quid sentiat. Elegans hac de re locus est apud Palladium *in vita Chrysostomi*, cujus ex versione Latina *pag. 179.* hæc sunt verba: *Ne admiseris eos, qui cum quadam increpatione sanctorum loquendi libertatem culpant. Gentilium enim, & judicio suo sapientum ista consvetudo est, qui amore hujus vitæ etiam martyrum constantiam irrident. Neque enim vel gladium obtusum, vel otiosam esse loquendi libertatem oportet. Et quem-*

quemadmodum ab unguento fragrantia separari non potest, sic neque a loquendi libertate benevolentia. At siquidem coram famulis, aut amicis, aut suis reprehensio fieret, coram quibus erubescere molestum est: forte accusandus esset, qui libere redargueret, quippe qui tempus & locum ignoraret. Si autem in Ecclesia velut in macello, proborum encomia fiunt, & increpationes negligentium, quid exasperamur adversus increpationes, quæ sine nomine & utiliter fiunt, &c. Sequuntur plura, quæ videri possunt.

§. 15. Caveant vero tum Superintendentes, tum cæteri pastores in concionibus præcipue id, ne propter res ad se pertinentes, suumque vel honorem, vel rem familiarem concernentes verba acuant, suosque, quos hac ratione sibi inimicos arbitrantur, vehementius insectentur. Quid enim turpius, quam ad ultionem abuti templo, abuti suggestu prædicandæ Christi gloriæ destinato, abuti imperitæ plebis credulitate? Quid iniquius, quam multorum animos divinæ doctrinæ pabulum expectantes fraudare & inficere suo veneno, & sacræ concionis elevare autoritatem? Plato animum hominis in tres partitus partes, rationem, iracundiam, concupiscentiam, in hoc philosophiæ summam sitam esse putavit, si affectus pareant rationi non aliter quam Regi, cui ob id ipsum sedem in cerebro velut in arce datam existimat. Vellem ego concionatores omnes a Platone, si nil aliud, hoc saltem didicisse, affectus animi rationis velut habenis reprimendos esse.

§. 16. Apud nos hac de re lex publica extat in Ordinat. Ecclesiast. *tit.* Auff was Zeit die Predigten ɾc. quæ ipsa simul explicat, qua ratione ἐπανόρθωσις a Pastore fieri debeat. Verba sic habent: Nachdem den Pfarrern und Kirchen-Dienern mit Ernst auferlegt/ und eingebunden/ daß Sie in ihren

Predigten ihren eignen Affect, mit holhippeln / poltern / und schmähen nicht nachhengen / sondern sich aller Christlichen Sanfftmuth und Bescheidenheit nach der Lehre S. Pauli gebrauchen / ist solches von uns keines weges dahin gemeynet / daß die Kirchen-Diener mit gebührenden brennenden Ernst und Christlichen Eyfer das lästerliche und Gottlose Leben der Pfarr-Kinder nicht straffen / und also die Laster nicht rühren dörffen / welches der Allmächtige Ihnen so ernstlich aufferleget und befohlen / Esa. am 58. auch da sie solches unterlassen / Ihnen erschreckliche Drauung für Augen gestellet / wenn sie den Gottlosen die Sünde nicht sagen / und sie darinnen sterben / er ihre Seele an seinem grossen Tage aus ihren Händen fordern wolle / Ezech. am 3. Werden derohalben die Pfarrer in solchen sich ihres Amts / der Gebühr nach / wohl zu erinnern wissen / und / wo vonnöthen / die Visitatores Ihnen gnugsamen Bericht geben können / daß solches allein auff die ärgerlichen Predigten gemeynet / da die Pfarrer aus Zorn und eigener Rachgier ihre eigene Sachen auf die Cantzel getragen / und mit Aergerniß der Gemeinde / ausgestossen / die Leute mit Namen genennet / oder sie sonsten also ausgemahlet / das männiglich / wer sie seyn / wohl verstehen können / oder sonst nicht gebührliche Ordnung im Straff-Amt gebrauchet / und also an stat GOttes Worts die gantze Zeit mit denselben zugebracht: welches wir hinführo zu gedulden keines weges gemeinet sind. Et porro: Ein Pfarrer soll sein Amt unärgerlich jederzeit mit aller Sanfftmuth verrichten / auffdaß die Pfarrkinder vernehmen mögen / das seine Straff-Predigten nicht aus fleischlichem Willen / sondern Christlichem und väterlichem Eyfer hergeflossen. &c.

§. 17. Sed & illud inter alia maxime cavendum est omnibus, qui sermones ad populum habituri sunt, ut prolixitatem evitent, & divina mysteria nervose sine inani apparatu

ratu populo proponant. Verbum enim divinum ita dispensandum est, ut multum doceatur, non multa, hoc est, illa tantum tractari debent, quæ ad populum ex isto textu erudiendum faciunt, nec latius evagetur sermocinatio. Prurit quandoque concionatoris animus, ut multa doctrinæ capita ad rem præsentem nihil facientia exponat, & sylvam argumenti prorsus alieni accumulet. At neque hæc tractandi ratio concionis nomen juste sustinere, neque populus ex ea ædificari potest. Et ut maxime terminos sibi præfixos non egrediatur, non possunt tamen auditores a prolixiori tractatione fastidio quodam & satietate abalienari. *Sermonis satietas*, inquit Gregorius Nazianzenus, *est auribus inimica, non aliter atque cibus immoderatus & nimius noxius corpori.* Et frustra omnino sunt illi, qui cum odiosi in dicendo & loquaces sint, atque in multa verba inania projecti, suam hanc prolixitatem excusatam cupiunt exinde, quod breviori explicatione expediri nequiverit argumentum & thema propositum. Maxima pars vulgi, qua est ingenii hebetudine, multitudine vel rerum vel verborum potius obruitur, quam informatur. Legantur homiliæ Leonis Magni, Gregorii Magni & aliorum, & constabit, unamquamque earum intra horæ dimidium facile absolvi posse.

§. 18. Et hoc ipsum etiam lege publica apud nos constitutum legitur in Ordin. Eccles. *tit.* Auff was Zeit die Predigten ꝛc. verbis: Zum dritten sollen die Pfarrer und Kirchen-Diener durch ihre Superintendenten und verordnete Visitatorn vermahnet / und mit Ernst dahin gehalten werden / weil / GOTT lob / an Predigten und Anzahl derselben nicht Mangel / darzu lange Predigten nicht bauen / dadurch das Volck zum Gehöre entweder verdrossen gemacht / oder aber ehe sie das letzte fassen / des ersten wieder vergessen / daß sie nicht lange predigen /

digen / sondern ihre Predigten also anstellen / das sie an Sonn- und Feyertagen / wie auch auff die hohen Feste auffs längste nicht über eine Stunde / desgleichen auch die Nachmittag- und Werck-tagpredigten eine halbe Stunde / oder mehr nicht denn aufs läng-ste drey viertel Stunden sich erstrecken / damit die Zuhörer bey gutem Willen behalten werden / und mit grossem Fleiß dieselben besuchen. Conf. Joh. Conr. Danhauer. *in Colleg. Decalog. pag. mihi 413.*

§. 19. Non solum autem doctrinam sanam populo sibi commisso debet Superintendens, sed etiam bonum vivendi exemplum. Nam ut ait Arnulphus, Episcopus Lexoviensis, *in Sermone habito in Concilio Turonensi:* Sancti-tas *conversationis inquiritur: quia nisi fuerit prædicatoris commendabilis vita, non erit ejus prædicatio gratiosa. Cujus enim vita contemnitur, restat, ut & prædicatio contemnatur.* Et Hilarius Pictaviensis *lib. 8. de Trinit.* Non statim boni *atque utilis Sacerdotis est, aut tantummodo innocenter agere, aut tantummodo scienter prædicare. Cum & innocens sibi tantum proficiat, nisi doctus sit, & doctus sine doctrina sit autoritate, nisi innocens sit.* Et hinc recte Gregorius, Turonicus Episcopus, *in vita Aridii Abbatis Lemodicini* apud Joh. Mabillon. *analect. tom. 4. p. 195.* Plus ædificat exemplum boni operis cum simplicitate vigoris, quam multa prædicatio cum tumore vanæ gloriæ.

§. 20. Idem igitur sibi hic dictum putet Superintendens, quod pastori unicuique mandatum legitur in Ordinat. Eccles. *tit.* Wie ein Kirchendiener vor den *Consistorialn &c.* verb. Dieweil auch das Amt und Vocation des Kirchendieners erfordert / daß er der Kirchen nicht allein mit reiner Göttlicher Lehre / sondern auch mit guten Exempel und Fürbilde diene / auch die Lehre / so viel an Ihm / mit seinem ehrlichen Wandel ziere / so er-

fordert

fordert abermahls die Nothdurfft/ das ein ieglicher/ so sich die Kirchen zu regieren/ untersehet/ sein Leben dieser Gestalt durch GOttes Gnade anschicke/ daß nicht allein alle seine Geschäffte und Handthierung/ sondern auch seine Rede/ Kleidung und Wandel/ ja auch alle seine Worte und Wercke eine Lehre und Tugend seyn/ damit nicht/ was er mit der Hand erbaue/ gleich wieder mit der andern abreisse/ und die Kirche beydes mit sträflichen Laster und ärgerlichen Exempel verderbe.

§. 21. Laudanda hic merito est insignis illa Theodulfi Episcopi Aurelianensis ad presbyteros suos προσφώνησις, quam ut additionem ad ejus capitulare edidit Petrus de la lande *in supplem. Concil. Gall. pag. 86. Dilectissimi fratres, sanctissimi Consacerdotes, & nostri ministerii adjutores, obsecro vos supplici animo in præsentia Domini nostri JEsu Christi & sanctorum ejus, ut digni DEO in omni religione charitatis & castitatis deserviatis, & sitis populo DEI doctores & ductores in omni exemplo bono, ut populus DEI utrumque & per sanctam vestram conversationem & devotam prædicationem erudiatur in laudem & in gloriam sancti nominis Domini nostri JEsu Christi & in salutem sempiternam animarum vestrarum. Conversamini coram DEO & coram omni populo in castitate corporis vestri, & humilitate animæ vestræ & sanctam charitatem ad omnes, nihil facientes, unde sacerdotium sanctitatis vestræ reprehensibile fiat, nec aliquid in vestra reperiatur vita, quod juste a quolibet detrahi possit. --- Discite fidem Catholicam, prædicate diligentissime, & eam populo prædicate, unusquisque in Ecclesia vestra, & facite officia vestra in DEI omnipotentis honore statutis temporibus ut DEus omnipotens honorificetur, &c.*

§. 22. In Ordinatione Ecclesiastica, quam in nostris hisce terris sequimur, sub rubric. Was den *Superintendenten, &c. num. 21.* similis doctrinæ & vitæ harmonia præscripta

N est:

est: Dieweil aber sonders viel daran gelegen / daß die General und Special-Superintendenten, wie auch derselben Adjuncten, so die andern gemeine Pfarrer in kleinen Städtlein / Flecken und Dörffern visitiren sollen / in der Lehre rein / im Amte treu und fleißig / im Leben und Wandel unsträfflich / darzu auch eine Autorität / Ansehen und Furcht bey den andern Kirchendienern haben / und mit der Vorsichtigkeit und Geschickligkeit begabet / so dieses recht wahrhafft Bischoffliche Ambt von Ihnen erfordert / und also in allen guten und löblichen Dingen / nicht allein ihren Pfarr-Kindern / sondern auch den ihrer Inspection unterworffenen Kirchendienern ein lebendig Fürbild und Exempel nach der Lehr S. Pauli seyn sollen / haben wir auch diese Verordnung gethan / &c.

§. 23. Similem constitutionem edidit Karolus Magnus, quæ habetur *lib. 2. capitul. c. 5.* ubi hunc in modum Episcopos admonet: *De sacerdotibus vero ad vestram curam pertinentibus magnum adhibete studium, ut qualiter vivere debeant, & quomodo populis ad suæ portionis curam pertinentibus exemplo & verbo prosint, a vobis cum magna cura edoceantur & admoneantur, & id ut facere studeant, vestra pontificali auctoritate constringantur. Quicquid autem in illis a populis juste reprehenditur in exemplo propriæ conversationis, vestra providentia corrigere non negligat.* In capitulo *antecedente 4.* ipsos etiam Episcopos ad eandem doctrinæ & morum conformitatem revocat, dum ait: *Sed quoniam scimus, quod specialiter pertineat ad Episcopos, ut primum ad sacrum ministerium suscipiendum juste accedant, & in eodem ministerio religiose vivant, & tam bene vivendo, quam recte prædicando populis sibi commissis iter vitæ præbeant: & ut in monasteriis in suis parochiis constitutis sancta religio observata fiat, unusquisque juxta suam professionem veraciter vivat, curam impendant, omnes vos in hoc sacro*

cro ordine constitutos, & officio pastorali functos monemus atque rogamus, ut in hoc maxime elaborare studeatis, & per vosmet ipsos & per vobis subjectos, quantum ad vestrum ministerium pertinet, nobis veri adjutores in administratione ministerii nobis commissi existatis, ut in judicio non condemnari pro nostra & vestra negligentia, sed potius pro utrorumque bono studio remunerari mereamur. Edidit Maximus Tyrius Philosophus Platonicus, quem inter Præceptores suos recenset Marcus Antonius Imperator, commentationem, *quod sermonum optimi sint, qui operibus consonent*, ex qua præ cæteris notanda sunt hæc verba: *Sicut in concentu Musico, si vel minimum prætermittis, tota solvitur cantus ratio: sic in hoc vitæ concentu, nisi plane inconcinnum esse velis, & inutilem, necesse est, verbis actiones ipsas respondere. Ne forte & hæ penitus lateant & illa non secus, quam si ex inani fundantur dolio longe post se actiones relinquant. Sed ut utraque utriusque conveniant, utraque ejusdem mensuræ, æquè plena sint utraque.*

CAPVT X.

Superintendentem a Christo accepisse potestatem administrandi Sacramenta.

§. 1.

COmmune hoc est officium omnium pastorum Ecclesiæ, ut præter doctrinam verbi, quam similiter omnibus communem esse dixi, etiam baptizare & sacram cœnam consecrare atque distribuere queant. Hoc enim est officium, quod Christus injunxit discipulis suis, & per consequens pastoribus, qui illis successerunt, communiter omni-

mnibus. Et quod ita in nomine Christi agunt pastores, perinde habendum est, ac si Christus ipse id ageret, & perficeret. De baptismo diserta sunt verba Johannis Evangelistæ *cap. IV, 1. 2.* ubi dicitur Christus plures discipulos facere & baptizare, quam Johannes; quanquam ipse non baptizaverit, sed discipuli ejus. Venuste & eleganter Augustinus *tr. 5. in Johan. Baptizavit ipse, & non ipse: ipse potestate, illi (discipuli) ministerio, servitutem ad baptizandum illi admovebant, potestas baptizandi in Christo permanebat.* Vti ergo actus aliquis adscribitur illi, cujus nomine & mandato is peragitur, quod exemplo Imperatoris & præfecti illustrat Tertullianus *de baptism. cap. 2.* ita etiam Christus baptizare dicitur, quos baptizant ejus discipuli. Conf. Richard. Montacut. *tom. 1. Orig. Eccles. part. 2. pag. 51. seq.*

§. 2. De Sacramento Cœnæ Dominicæ clara sunt verba institutionis, quibus Salvator mundi repetitionem ejus & commemorationem sui perpetuam discipulis & pastoribus omnibus præcipit. Consecraverat ipse & administraverat Eucharistiam, & huic suo exemplo præceptum addidit & promissionem, fieri id etiam deinceps debere in remissionem peccatorum. Κοινωνία enim illa, quam prædicat Apostolus *1. Cor. X, 16.* denotat intimam & substantialem corporis & sangvinis Christi cum pane & vino conjunctionem, adeoque præsentiam singularem gratiosam, includentem & substantiæ corporis & sangvinis Christi & operatricis virtutis e corpore & sangvine Christi manantis propinquitatem, in actuum Sacramentalium continuatione. Sed & Sacramentum illud secundum Christi institutionem acceptum instrumentum est arctissimæ illius conjunctionis, per quam in unum corpus cum Christo coalescimus, & cum cæteris fidelibus, qui membra sunt viva ejusdem corporis mystici

ſtici copulamur. Et propterea reprehendit Apoſtolus *d. l.* Corinthios, quod ſuo, non ſacerdotis diſpenſatione partes conſecratas ſibi ipſis ſumant. Provocat nempe ad determinatum modum conſecrandi & diſpenſandi Euchariſtiam, quem a Chriſto accepit, quemque ipſe ſic definit, quod Chriſtus conſecraverit, quod fregerit & diſpenſaverit, ideoque dum carpit Corinthios, quod ſibi ipſe quisque diſpenſaret, vendicat Sacerdotibus ab exemplo Chriſti & conſecrandi & diſpenſandi officium. Hülſeman. *in Breviar. cap. 19. n. 14.*

§. 3. Per conſequens igitur, cum adminiſtratio Sacramentorum, perinde ut prædicatio verbi, pertineat ad officium Sacerdotale, & hoc commune ſit, tam Epiſcopis quam presbyteris, cultusque divinus in hoc maxime conſiſtat, negari inde nequit, Epiſcopos æque atque alios paſtores & ſic Superintendentes etiam noſtros habere & per ordinationem accepiſſe poteſtatem baptizandi & adminiſtrandi Euchariſtiam. Recte Iſidorus Epiſcopus Hiſpalenſis: *Presbyteri*, inquit, *interpretanter Seniores, quia ſeniores ætate Græci presbyteros vocant. His enim ſicut Epiſcopis diſpenſatio myſteriorum DEI commiſſa eſt. Præſunt enim Eccleſiis Chriſti, & in confectione divina corporis & ſanguinis Chriſti conſortes cum Epiſcopis ſunt, ſimiliter in doctrina populorum, & in officio prædicandi: ſed ſola propter autoritatem ſummo Sacerdoti Clericornm ordinatio & conſecratio reſervata eſt, ne a multis Eccleſiæ diſciplina vindicata concordiam ſolveret, ſcandala generaret.* Vtrisque adſcribit poteſtatem docendi, utrisque poteſtatem adminiſtrandi Sacramenta. Idque etiam ex primis Eccleſiæ initiis confirmat *canon. 18.* Concilii Niceni.

§. 4. Neque obſtat, quod aliquando Epiſcopi ſibi quaſi proprium fecerint munus baptizandi, & rarius ad iſtud admiſerint presbyteros, quod obſervat Hugo Menardus *not.*

ad ſacram. Gregorii p. 144. aliquando vero id prorſus declinaverint, & presbyteris reliquerint. Ut maxime enim variaverit praxis & conſvetudo, jus tamen utrisque manſit ſalvum & integrum, adeo ut ab utrisque licet mores receptos non obſervaverint, integer tamen baptiſmus & cum eadem efficacia conferretur, quod priori caſu indecorum viſum fuiſſet, ipſo præſente Epiſcopo presbyterum communes alioquin ſacri miniſterii actus exercere, poſteriori autem Epiſcopus aliis negociis ſibi incumbentibus in Eccleſiæ utilitatem ſtudere poſſet. Et ſic etiam in noſtris Eccleſiis obſervatur, ut plerumque presbyteri & diaconi, raro Superintendentes ipſi Sacramenta adminiſtrent, nec tamen jure iſto ſuo excidiſſe dicantur.

§. 5. Sic enim etiam Paulus Apoſtolus de ſe dicit *1. Cor. I,17. Non miſit me Chriſtus baptizare, ſed evangelizare.* Quod ipſum cum grano ſalis accipiendum & diſtingvendum eſt inter poteſtatem Apoſtolicam & Eccleſiaſticam, quæ *Matth. XXVIII, 19.* omnibus conceſſa eſt, & ejus poteſtatis reſtrictionem atque determinationem, quæ fit aut a Chriſto immediate, aut ab ipſa Eccleſia. Poteſtas Apoſtolica & Eccleſiaſtica, ut *Matth. XXVIII.* conceſſa eſt, æquali ratione & virtute prædicationem verbi & adminiſtrationem Sacramentorum includit. Reſtrictio vero & determinatio divina aut Eccleſiæ facit, ut interdum perſonæ, quibus æqualiter poteſtas Eccleſiaſtica cum aliis conceſſa eſt, uni operi poteſtatis illius potiſſimum & præ omnibus aliis urgendo promovendoque deſtinentur. Sic Paulus in primordio naſcentis Eccleſiæ, quanquam etiam baptizaverit, potius tamen & maxime a Chriſto ſingulariſſimo Spiritus Sancti motu ad continuam Evangelizationem urgebatur, baptiſmi adminiſtratione ut plurimum per diſcipulos expedita.

§. 6.

§. 6. Verum enim vero, quisquis sit ille, qui sacramenta administrat, non nisi magna cum devotione, reverentia, pietate & sollicitudine ea tractare oportet. De baptismo sic statuit Ordinatio Saxonica *tit.* Von der heil. Tauffe: Das hochwürdige Sacrament der heil. Tauffe soll mit aller höchster Reverenz, Ehrerbiethung / und ohne einige Unchristliche Mißbräuche oder Leichtfertigkeit der bey oder umstehenden / inhalts unserer Kirchen = Ordnung gehandelt werden. Itemque de Eucharistia sub *tit.* von der *Communion*: Es sollen auch die Pfarrer sich euserst befleißigen / solch hochwürdig Sacrament mit aller Christlichen gebührenden Andacht und Vorsichtigkeit zu handeln / damit der Christlichen Gemeine kein Aergerniß gegeben / sondern zu gleichmäßiger Andacht gereitzt und erweckt werde.

§. 7. Utve hoc in tota diœcesi ab omnibus pastoribus observetur, Superintendens eodem modo, quo Episcopus olim, obligatus est. In Capitulari Aquisgranensi *c. 70.* statutum fuit, *ut Episcopi diligenter discutiant per suas parochias presbyterorum fidem, baptisma catholicum & missarum celebrationes, ut fidem rectam teneant, & baptisma catholicum observent, & missarum preces bene intelligant.* Sic & in Concilio Turonensi II. *can. 18. Episcoporum sit magna sollicitudo, presbyteris suis tradere baptismi Sacramentum, & quid in eodem renunciandum, quidve credendum sit.* Et *can. 19. Presbyteri omnino admonendi sunt, ut cum sacra missarum solennia peregerint atque communicaverint, pueris aut aliis quibuslibet personis adstantibus corpus Domini indiscreto non tribuant.*

CAP.

CAPUT XI.

Sine Superintendentis concessione aut permissu neminem ad concionem, ex suggestu habendam, esse admittendum.

§. 1. In concionibus ad populum perquam multa cavenda atque observanda esse, discendum est ab illis, qui Pastorem Evangelicum instruunt, & præcepta in eam rem tradunt, quales nunc in magna copia ubique prostant. Præcipua autem cura debet esse ea, ut verbum DEI & doctrina Evangelica pure & sincere, sine omni fuco aut commentis humanis proponatur, nec admisceantur ea, quæ parum ad rem faciunt, & colores addunt peregrinos plane & quandoque valde periculosos. Videri hic possunt, quæ tradit monita Oliverus Bowles *in Pastore Evangel. l. 2. c. 9. & seq.* Et propterea caveant sibi, quibus veræ religionis conservatio & propagatio cordi est, a studio innovandi dogmata Orthodoxæ & veræ Ecclesiæ. Quod ipsum quantas dare soleat turbas & quæ nata inde fuerint veræ Ecclesiæ damna, quasi in tabella exponit Nicolaus Vedelius *de prudent. vet. Eccles. lib. 3. cap. 2.* Hinc & Serenissimus Saxo in der Erledigung der Landes gravam. *tit. Consistorial-* Sachen *num. 1.* severe interdixit, daß neuerliche termini in Theologia nachbleiben sollen.

§. 2. Antequam igitur ad concionem, publice habendam, quis admittatur, constare ante omnia debet, utrum is sit διδακτικός, h. e. aptus ad docendum. Ut autem ad docendum aptus dicatur, requiritur non tantum, ut ipse divinarum rerum scientia probe instructus sit, sed etiam, ut animi sui sensa verbo externo concipere & exprimere queat. Est autem ea scientia paupertina valde & prorsus abjecta,

quæ

quæ ex Poſtillis, uti vocantur, comparari ſolet, quæ etiam atro carbone notata fuit ab Sereniſſimo Legislatore in den General-Artickeln *tit. 1.* daß ſie in Heiliger Schrifft Altes und Neues Teſtaments entweder wenig / oder gar nichts geleſen / noch verſtanden / welche ſich nachmahls allein auff die Poſtill legen / und der Kirchen GOttes nimmermehr nützlich dienen / die angefochtenen nicht tröſten / die irrenden mit beſtändigem Grund GOttes Worts nicht berichten / noch falſchen Lehrern das Maul ſtopffen können. Satius tamen fuerit quandoque, ex probatis ſolidorum Theologorum poſtillis ſermones ad populum iterare, quam ex arido ingenio verba fundere, & Theologiam orthodoxam peſſimis commentariis contaminare.

§. 3. Vt ergo διδακτικὸς fiat miniſterii divini Candidatus, præter ſcientiam Theologicam, quam ſtudio haud vulgari ſibi comparavit, etiam concionibus habendis adſveſieri, & privatim quidem primum inter commilitones exerceri debet. Nec enim niſi exercitatus jam, & in oratoria Eccleſiaſtica verſatus, admitti ad ejusmodi ſermones publice habendos poteſt, cum fieri facile queat, ut memoria vacillet, & minus promptus ſit immaturus declamator. Id vero præ cæteris maxime cavendum eſt, ne quis ſuggeſtum adſcendat, qui a ſana doctrina & analogia fidei recedit, & veritati adverſos fovet errores. Refert hac de re Jacobus Sirmondus *tom. 2. Concil. Gall.* Karoli Magni capitulare, quod *cap. 82.* hunc in modum conceptum fuit: *Sed & unicuique veſtrum videndum eſt, dilectiſſimi & venerabiles paſtores & Rectores Eccleſiarum DEI, ut presbyteri, quos mittitis per parochias veſtras ad regendum & ad prædicandum per Eccleſias populum DEO ſervientem, recte & honeſte prædicent, & non ſinatis nova, & non canonica, aliquos ex ſuo ſenſu & non ſecundum ſcripturas ſacras, fingere & prædicare populo. Sed &*

O vosmet

vosmet ipsi utilia honeste & recte, & quæ ad vitam æternam ducunt, prædicate, aliosque instruite, ut hæc eadem prædicent. Sed etiamsi omnia recte se habeant, nec tum tamen ulli publice concionandi potestas facienda est, nisi ejus rei notitiam habeat Pastor & Superintendens. Constitutio Saxonica ea de re ita se habet, in General-Articeln *tit. 3. in fin.* Nachdem bißweilen Studenten auf die Dörffer gehen/ auch sonsten aus andern Orten Pfarrer/ Diacon, oder andere Kirchen-Diener zusammen kommen/ und begehren alldar in der Kirchen sich mit Predigen zu versuchen/ und zu üben/ soll der Pfarrer derselben keinen aufftreten/ noch predigen lassen/ er bringe denn von seinen Præceptoribus, da er in Heil. Schrifft studiret/ und des Orts Superintendenten ein schrifftliches Zeugniß/ daß er darzu geschickt erkannt/ und demnach sicher zu predigen möge gelassen werden/ der auch das Concept zuvor dem Pastori, oder einem aus seinen Diaconis, oder dem Superintendenten geweiset habe. Und werden sich alle Pfarrer gegen solche Personen/ so sich zu predigen anbiethen/ guter Vorsichtigkeit und Bescheidenheit wohl wissen zu gebrauchen/ damit nicht ungeschickte/ ungelehrte/ oder verdächtige Personen zu dem hochwürdigen Predig-Amt zugelassen/ dadurch die Gemeine verärgert/ auch sie selbst in Gefahr und Beschwerligkeit gerathen möchten. Repetitum id fuit in decreto Synodali §. 7. Und versehen wir uns zu unsern Superintendenten, daß Sie auch ihres Theils sich allenthalben wohl fürzusehen wissen werden/ damit die Pfarrer nicht zu offt ohne Noth an ihre stat predigen lassen/ Niemand auch Erlaubniß zur Probe oder exercitii causa zu predigen erlange/ es wisse denn der Superintendens, daß ihme sicherlich dergleichen Werck zu vertrauen sey.

§. 4. Secundum hanc constitutionem ex Consistorio Ecclesiastico Wittebergensi rescriptum fuit an D. David

Wend-

Wendlern/ Probst und Superintendenten zu Kemberg/ *mens. Decemb. 1685.* Wenn denn die Churfürstliche Kirchen-Ordnung hierinnen klare masse giebt/ Als begehren an stat &c. Wir hiermit/ Ihr wollet euch nach derselben allenthalben richten/ und euren untergebenen Pastoribus und Diaconis aufferlegen/ daß Sie ihre Predigten selbst verrichten/ ohne euer Vorwissen und Einwilligung keinen Studenten aufftreten/ noch predigen lassen sollen/ er habe denn von euch ein schrifftliches Zeugniß/ das er darzu geschickt erkannt/oder auch das Concept euch zuvor gewiesen. Wolten wir euch nicht bergen. &c.

§. 5. Sed neque ad δοκιμαστικὴν quidem, quam vocant, concionem admitti quisquam potest, nisi concessione & consensu Superintendentis. Etsi enim Patronus jus habeat instituendi Clericos, quod quidem a Justiniano primum introductum docent Antonius Dadinus Alteserra *ad c. 26. X. de jur. patron.* Francisc. Bosquet. *ad Innocentii III. epist. 123. lib. 3.* non tamen habet potestatem Candidatum istum suum in publicum sistendi, sed ad implorationem ejus id fieri debet a Superintendente. Nec enim quicquam potestatis amplius habet Patronus in Ecclesia, nisi quod personam ad pastoratum vacantem eligere, eamque præsentare possit Episcopo, sive, uti apud nos fieri consvevit, Consistorio, quod Episcopi vices sustinet, & tum vero admodum incertum adhuc est, utrum ad functionem istam habilis exstiturus sit, an minus, qui præsentatus fuit. Ne itaque latiorem potestatem suam facerent Patroni, & in concessione suggestus etiam sibi jus competere præsumerent, districte id eis prohibuit Serenissimus Legislator in dem Synodal-Decret, §. 7. Weiln wir auch befunden/ daß zuwider unserer hiebevorigen Verordnung von etlichen Collatoribus ohne einige vorhergegangene Begrüssung und Zulassung der Superinten-

 denten

denten Personen zu den Prob-Predigten auffgestellet werden: So wollen wir solches nochmahls ernstlich verbothen / und hiermit anderweit angeordnet haben / daß keiner zur Prob-Predigt zugelassen werden solle / er habe sich denn zuvor bey dem Superintendenten deßwegen angemeldet / und Vergünstigung von Ihme bekommen. Anterior constitutio, cujus hic mentio fit, nisi fallor, habetur in Ordinatione Politiæ *de anno 1612. tit. Consistorial-*Sachen. *num. 5.* ibi: und hinführo der Collator nur allein den Superintendenten umb Eröffnung der Cantzel zu ersuchen schuldig seyn. Conf. Responsum Facultatis Theol. inter Consilia Wittebergens. *part. 2. tit. 1. p. 10.*

§. 6. Quanquam vero teneatur Superintendens istis Patroni desideriis & petitis gratificari, & præsentatum sibi istum Candidatum ad concionem δοκιμαστικὴν admittere, id tamen cum grano salis accipiendum, &, cætera si sint paria, subintelligendum est. Quid enim si nominetur aut præsentetur homo multis nefariis sceleribus coopertus, aut non integræ saltem famæ, rudis prorsus & ab omni eruditione vacuus, de heterodoxia suspectus, aut alias inhabilis, an admittendus erit istiusmodi talis ad concionem δοκιμαστικὴν? Non certe, ne in ipso limine vitium contrahat talis promotio, cum satius sit, ab initio statim obviare corruptelis, quam eisdem cum periculo exponere animas parochianorum. Vid. Gvil. Beveregius *ad can. Apostol. 61.* Et ergo poterit Superintendens, si justam causam habuerit, suum denegare assensum, & inidoneum istum Candidatum ad patronum suum remittere. Sic enim pergit constitutio *in d. Ord. Polit.* Und wie dem Superintendenten nicht gebühret / wenn der Patronus eine oder mehr Personen / so zuvor im Predig-Amt gewesen / auffzustellen vorhabens ist / Ihme sein Suchen ohne sonderbare erhebliche Ursachen zu verwegern: Also können wir

nicht

nicht geschehen lassen / daß ohne Unterschied männiglichen / fürnehmlich aber jungen und ungeübten Scholaren die Cantzel geöffnet werde. Derhalben der Collator vor allen Dingen eine solche Person / so vorhin in keinem Amte gewesen / zu dem Superintendenten, damit er desselben Qualitäten erforschen möge / zu schicken / und da er untüchtig befunden / auff andere / so besser qualificirt, zu dencken wissen wird. Istud vero scrutinium præliminare tantum est, & eum in finem institutum, ut constet, utrum ad concionem admitti debeat, nec derogatur hinc examini secuturo in Consistorio instituendo.

§. 7. Quod supra dixi, instrui primum & informari debere adolescentes, antequam pastoratui capessendo sua addixerint studia, id jam olim obtinuisse testatur Concilium Vasense II. quod *can. 1.* tale edidit decretum: *Vt omnes presbyteri, qui sunt in parochiis constituti, secundum consvetudinem, quam per totam Italiam satis salubriter teneri cognovimus, juniores Lectores, quantoscunque sine Vxore habuerint, secum in domo, ubi ipsi habitare videntur, recipiant: & eos, quomodo boni patres spiritualiter nutrientes, psalmos parare, divinis lectionibus insistere, & in lege Domini erudire contendant, ut & sibi dignos successores provideant, & a Domino præmia æterna recipiant.* Inde vero ubique locorum, in Gallia præsertim, scholas publicas institutas fuisse, & quasdam presbyteris solis atque clericis, quasdam monachis solis patuisse, ex conciliis Gallicanis, itemque capitularibus probari prolixe posset, si id nunc nostri esset instituti. Videri possunt Franciscus Florens *in dissertat. ad cap. 3. X. de vit. & honest. Cler.* Fr. Bosquet *ad Innocentii III. epist. 114. lib. 3.* Claud. du Molinet. *ad Steph. Tornacens. epist. 115.*

§. 8. Non absimilis est Constitutio Electoralis Saxon. quæ habetur in Ordinat. Eccles. *tit.* Vom Amt der Kirchen-

chendiener. Weil auch biß daher nicht geringe Unordnung und Aergerniß hieraus erfolget/ daß junge und der Kirchen-Sachen unerfahrne Studiosi, denen die ritus Ecclesiæ noch nicht bekant/ die auch selbst noch lehrens und unterweisens nothdürfftig/ gleich von denen hohen oder particular-Schulen auf die Pfarren geführet worden/ verordnen und wollen wir/ daß hinführo/ so viel möglich/ keiner auff eine Pfarr verordnet werde/ er habe denn zuvor eine zeitlang auff einem Diaconat gedienet/ oder sich sonsten im Predig-Amt geübet/ und die ritus Ecclesiæ gelernet/ auch seines Fleisses und Wohlhaltens/ daß er zu einer Pfarr tüchtig/von seinem verordneten Superintendenten oder Visitatorn testimonia und Zeugnisse. Da er auch durch den Pfarrer/ als im Kirchen-Amt geübten und erfahrnen beyde in seinem Predigen und Verrichtung seines Amts bey Gesunden und Krancken/ wie auch den Gefangenen/nothdürfftiglich unterrichtet/und also erst recht zu solchem Amt abgerichtet werden kan. --- Jedoch soll hierbey solche Bescheidenheit gebrauchet werden/ daß bey den Städten/ da mehr denn ein Caplan gehalten/ allezeit neben dem jungen ein alter Diaconus gelassen/ durch welchen die jungen Diaconi angewiesen werden mögen.

§. 9. Quales tum temporis, cum constitutio hæc ederetur Diaconi fuerint, & quo usque eorum officium sese extenderit, non equidem constat. Credibile tamen est, & ex dictis verbis colligere licet, multo amplius hodie id esse, & pene nihil a Pastorum officio differre, cum olim aliqua in ipsis etiam sacris administrandis esset differentia. Sed & in vocatione utriusque aliquod observare licet discrimen ex vetustioribus articulis generalibus de anno 1557. sub *tit.* von Pfarren. ubi de Pastoribus dicitur: Die Stadt-Pfarrer sollen vom Rathe und der Gemeine gewehlet/ und dem Superintendenten zugeschickt und præsentiret werden. De Diaconis

conis autem in verbis sequentibus: Die Diaconen aber soll der Pfarrer neben dem Rath wehlen. Quæ verba, quia generalia sunt, & electionem Pastori æque ac Senatui tribuunt, vix admittere videntur interpretationem factam a B. Carpzovio *decis. 6. num. 16.* Quin potius existimo, verba ista juri patronatus fuisse adversa, & propterea plane rejecta & omissa in generalibus articulis novioribus de anno 1580. & in Ordinatione Ecclesiastica eis addita. Quæ etiam fuit sententia Domini parentis *p. m.* qui tum causam istam, cujus mentionem facit Carpzovius, in judiciis dixit pro M. Johanne Miro.

§. 10. Quicquid hujus sit, certum id est, & ex superioribus constat, in admissione novi Pastoris præcedere debere ante ordinarium Consistorii examen scrutinium Superintendentis, eum in finem, ne sacra ab homine plane improbo aut imperito polluantur, & scandala hinc magis, quam veræ religionis fructus oriantur. Id enim etiam in vetustioribus articulis generalibus *tit.* vom Beruff *&c.* constitutum legitur: Es soll hinführo in S. Churfl. G. Chur- und Fürstenthumen kein Pfarrer ohne Vorwissen des Superattendenten (denen S. Churfl. G. jedes Orts ordnen/ und solch Auffsehen vornehmlich befohlen und aufflegen lassen) beneben glaubwürdigen Zeugniß und Testimonien seines Standes/ vorigen Wandels/ Wesens und Abzugs/ so er desselbigen Orts Superattendenten auffzulegen schuldig seyn soll/ auff- oder angenommen werden. Et sub *tit.* von Pfarrern rc. Die Stadt-Pfarrer sollen vom Rath und der Gemeine gewehlet/ und dem Superattendenten zugeschickt und præsentiret werden/ der sie nach Verhör und Erkundigung ihres Wandels halben soll zur Ordination mit seinem und des Raths Testimonio von Beruff und erbarn Christlichen Wandel und Leben/ schicken. rc.

CAP.

CAPUT XII.

Post concionem δοκιμαστικὴν Superintendentis munus esse, ut exploret auditorum de Candidato judicia & testimonia.

§. 1. Capite antecedente dixi, Superintendentem non teneri quenquam a Patrono Ecclesiæ nominatum ad concionem δοκιμαστικὴν admittere, de quo ipsi certo constat, esse hominem, aut in fide aut in moribus pessime corruptum, ut a quo scandala magis, quam in religione & virtute profectus penes populum expectari queant. Superintendenti ergo primum hoc competit scrutinium, ne quis ad prædicationem verbi divini admittatur, a quo maximo sibi cavere debeant parochiani. Etsi enim ad præsentationem patrono difficilis esse non debeat Episcopus; adeo, ut si refragari velit, per superiorem cogi queat, *c. decernimus. 16. q. 7. c. pastoralis officii. 29.* & ibi Panormitan. *n. 7. X. de jur. patron.* Novell. *123. c. 18.* Felin. *ad c. cum venerabilis. 6. n. 39. X. de except.* si tamen causæ rationabiles adfuerint, poterit, antequam quicquam agatur porro, in ipsis principiis patrono officium suum denegare. Paul. de Citadinis *part. 6. cap. 12.* Quod si vero nihil tale compertum fuerit, injuriam interpretari poterit patronus, sicubi refragantem sibi habuerit Superintendentem.

§. 2. Ad concionis istud specimen convocari debent omnes, quorum animabus præficiendus est novus pastor, prævia plerumque denunciatione publica. Et quia unitæ quandoque duæ, tresve inveniuntur Ecclesiæ, quibus singulis cura animarum adhæret, ita ut una earum mater, reliquæ filiæ dicantur, atque istæ omnes unius pastoris curæ subjace-

jaceant, debent etiam omnes illæ, ut præsto sint, publica voce moneri. Cum enim ab omnibus, quod omnes tangit, approbari debeat, & commune eorum Pastor officium exerceat, communiter etiam est eligendus, vel etiam amovendus. *c. ad hæc. 7. X. de offic. Archidiac.* Quod si Ecclesia filia alium habeat patronum & alium mater, Patronus matris significare debet alteri, novum pastorem ad certum ei jam præfixum diem, compariturum in suggestu. Nec enim præteriri ille poterit, cum & ejus assensus atque adprobatio sit necessaria. Invitari autem ille debet per literas, cum non sufficiat denunciatio seu proclamatio publica ex suggestu Rusticis Ecclesiæ filiæ incorporatis, in Ecclesia matre, aut etiam in ipsa filia facta. Sigm. Finkelthauf. *de jur. patron. cap. 5. n. 64.* Conf. Philipp. Slevogt. Amicus noster cum honore nominandus, *de Union. Eccles. diss. 3. c. 1. n. 7.*

§. 3. Debet vero ipse etiam Superintendens præsens esse, tum ut ipse judicare possit, quid sentiendum sit de novi pastoris modo docendi, tum ut judicia parochianorum de ejus doctrina & moribus explorare queat. Idem enim illi officium incumbit, quod Theologis Consistorialibus, quorum partes tum sustinet, injunctum fuit in Ordinat. Eccles. *tit.* vom *Examine* der Kirchendiener. §. So denn ꝛc. ibi: Dadurch / nach der Lehre S. Pauli zu erkundigen / ob er auch didacticus, das ist / geschickt sey und die Gabe von GOTT habe / andere zu lehren / da denn unsere Theologen nicht allein auff die Invention und Disposition, sondern auch auff die Pronunciation und Action Achtung geben sollen / nicht allein / wo sie in derselben sträfflich / ihnen solches zu untersagen / sondern auch / daß jeder nach seinen Gaben zu den Kirchen verordnet werden möge / da sie von männiglich wohl zu hören / und grossen Nutz schaffen mögen. Cumque Superintendentis officium sit, an-

nua ejusmodi exercitia concionatoria inter Paſtores ſibi ſubjectos ſe præſente & audiente inſtituere, ut de donis eorum divinitus conceſſis exactiorem habeat notitiam, uti infra plenius dicemus, primum illud experimentum, quod ex concione δοκιμαστικῇ colligitur, neutiquam erit negligendum, præſertim, cum ipſe etiam ea de re ſuperiores ſuos certiores reddere teneatur.

§. 4. Finita hac concione Superintendens interrogare debet parochianos, quid de novi paſtoris perſona, doctrina, & moribus ſentiant, & numquid eis occurrat, quod impedimento ſit, quo minus ille ad munus hoc ſacrum promoveri queat. Sic enim ſe habent verba Ordinationis Eccleſ. *tit.* von *Examine* der Kirchendiener. §. Alſo iſt auch ꝛc. Darauff nachmahls der Superintendent die Pfarrkinder befragen ſoll/ ob Sie Jhn zum Pfarrer oder Kirchendiener/ Lehr und Lebens/ ſeiner Sprache halben/ oder in andere wege/ leiden mögen oder nicht/ &c. Etſi enim in verbis antecedentibus etiam Collatoris fiat mentio, ad quem propter jus patronatus, quod ille habet, exaratæ dicuntur literæ Conſiſtorii Eccleſiaſtici; quia tamen extrinſecum illud eſt, neque eſſentiam miniſterii divini ingreditur, ea, quæ deinceps ad conſtitutionem Paſtoris pertinent, rectius Superintendenti & aliis, ad quos iſtæ res pertinent, committuntur. Quin puto ego, tutius omnino & conſultius eſſe Eccleſiæ, patrono abſente parochianos interrogari de vita & moribus novi Paſtoris, quod tum libera magis ſint vota & judicia eorum, cum fieri poſſit, ut præſentia patroni, ſi præſertim potentior fuerit, pleriſque libere decernendi poteſtatem eripiat.

§. 5. Et ſic etiam ſe habuit praxis ab ipſis Eccleſiæ naſcentis primordiis, ut Epiſcopus non aliter crearetur, niſi accedentibus populi ſuffragiis, uti negare nequeunt Eccle-

siæ Latinæ Doctores. Contigisse id apparet in Matthiæ ad Apostolatum electione, *Actor. I.* itemque in electione septem diaconorum, *Actor. VI, 5.* ubi mandant Apostoli, ut inquirant congregati fideles, quinam apti essent ministerio. *Considerate, fratres, Viros, qui testimonium habeant eorum, quibus cum vixere.* Idque ita obtinuit, tum in Orientali, tum in Occidentali Ecclesia, in hac tamen diutius, quam in illa, uti eleganter & nervose ea de re disserit Illustrissimus Petrus de Marca *de concord. sacerd. & imp. lib. 6. cap. 2.*

§. 6. Ne longius excurram, & fidem tamen faciam ejus, quod dixi, duo tantum addam testimonia antiquitatis, alterum ex Concilii Nicæni I. *epistola Synodica*, quam recenset Socrates *lib. 1. cap. 9.* alterum ex Cypriani *epist. 68.* Primum ita se habet: *Quod si quempiam eorum, qui in Ecclesia censentur, diem suum obire contigerit, tum in defuncti locum atque honorem provehantur ii, qui nuper adsciti sunt: modo digni videantur, & populus eos eligat, suffragante nihilominus plebisque judicium confirmante Alexandrinæ Urbis Episcopo.* Quæ verba adducit Joh. Cabassutius *in notit. Eccles. ad Can. Nicen. 4. pag. 109.* adversus Balsamonem existimantem in isto canone abrogatam esse consvetudinem, qua omnem etiam a plebe electi fuerint Episcopi.

§. 7 Cypriani autem verba hæc sunt: *Coram omni Synagoga jubet DEVS constitui Sacerdotem, id est, instruit & ostendit, ordinationes Sacerdotales non nisi sub populi assistentiæ conscientia fieri oportere, ut plebe præsente vel detegantur malorum crimina, vel bonorum merita prædicentur, & sit ordinatio justa & legitima, quæ omnium suffragio & judicio fuerit examinata. ---- Diligenter de traditione divina & Apostolica observatione servandum est, & tenendum, quod apud nos quoque & fere per universas provincias tenetur, ut ad ordinationes rite*

celebrandas ad eam plebem, cui præpositus ordinatur, Episcopi ejusdem provinciæ proximi quique conveniant, & Episcopus deligatur plebe præsente, quæ singulorum vitam plenissime novit, & uniuscujusque actum de ejus conversatione perspexit. Quod & apud vos factum videmus in Sabini collegæ nostri ordinatione, ut de universæ fraternitatis suffragio, & de Episcoporum, qui in præsentia convenerant, quique de eo ad vos literas fecerant, judicio Episcopatus ei deferretur, & manus ei in locum Basilidis imponeretur.

§. 8. Plura non addam, quod argumentum istud copiosius a me tractatum jam sit, *comment. de Episcopis lib. 2. c. 1.* Idque ipsum, quod ita in Episcoporum electione receptum erat, etiam in reliquorum clericorum vocatione observari voluit Ecclesia antiqua. Concilium Carthaginiense III. *c. 22. Vt nullus ordinetur clericus, non probatus, vel Episcoporum examine, vel populi testimonio.* Sic & Carthaginiense IV. *c. 22. Vt Episcopus sine concilio clericorum suorum clericos non ordinet, ita ut civium assensum, & conniventiam & testimonium quærat.* Rationem ejus rei reddit Leo Papa *epist. 84. ad Anastasium Thessalonicensem cap. 5. ne civitas non optatum aut contemnat, aut oderit, & fiat minus religiosa, quam convenit, cui non licuerit habere, quem voluit.* Concurrere ergo debent omnes, quorum interest. Et quanquam variare possit modus eligendi Ecclesiæ pastorem, non potest tamen ullus status Hierarchicus excludi prorsus, sed necesse est, ut accedat consensus omnium, saltem interpretativus, & unusquisque suum habeat suffragium saltem negativum, quod etiam ex eo elici potest, si nihil opponat. Jus enim eligendi, vocandi & ordinandi Verbi ministros non est penes solos sacerdotes, sive statum Ecclesiasticum, nec penes solum magistratum, nec penes solum populum, sed

penes

penes totam Ecclesiam, servato tamen in juris hujus exercitio ordine decente.

§. 9. Inde vero patet, concionem δοκιμαστικὴν haudquaquam omitti posse, & constituere quasi formam essentialem legitimæ vocationis. Quia enim a parochianis judicium de novo pastore requirendum est, quomodo illi judicium ferre poterunt de eo, quem forte nec viderunt unquam, nec audiverunt.|Bened. Carpzovius *in Jurispr. Consist. lib. 1. def. 34.* Istud enim judicium ferri debet non cœco aliquo assensu, & fide quasi carbonaria, sed sincere & cum quadam παῤῥησίᾳ sine omni affectu de persona, de doctrina, de vivendi ratione, de modo pronunciandi, aliisque ejus qualitatibus. Darauf nachmahls der Superintendent die Pfarrkinder befragen soll/ ob Sie Ihn zum Pfarrer oder Kirchendiener/ Lehr und Lebens/ seiner Sprache halben/ oder in andere Wege leiden mögen oder nicht. uti habent verba in Ordinat. Eccles. *tit.* von *Examine* der Kirchendiener. §. *ult.* Nec vero sufficit tum, aliquoties Candidatum istum ex suggestu verba ad populum fecisse antehac, sed nova opus est concione δοκιμαστικῇ, ad quam per denunciationem publicam populus convocatur, & quidem non eum in finem tantum, ut prædicantem audiat, sed etiam ut finita concione sententiam suam de ejus qualitatibus exponat, quas in reliquis concionibus non ita observavit forte, neque ex communicatis sententiis compertas antea habuit, uti quidem nunc curiosius inquirere instituit.

§. 10. Quod si jam ad interrogationem, a Superintendente factam, nemo sit, qui impedimentum aliquod allegare, & vel doctrinam, vel vitam & mores novi pastoris reprehendere queat, salva res est, & potest ille tum ad Consistorium Ecclesiasticum amandari, ut peragantur cum eo reli-

qua, quæ ad creationem novi Paſtoris requiruntur. Sic enim ſequitur in Ordinatione Eccleſiaſtica *d. l.* Und da ſie ſich vernehmen laſſen / daß Sie mit ſolcher Perſon wohl zufrieden / alsdenn durch ermeldeten Superintendenten wiederum zu dem Conſiſtorio berichten / dergeſtalt die Kirchen auch ihre ordentliche Vocation haben und behalten / und nachmahls das Conſiſtorium ferner mit Ihm zu handeln / &c. Habet autem tum unusquisque liberrimam poteſtatem contradicendi, idque, quod novit, aperiendi, ut reliqua eccleſia rectius informetur, deque novo Paſtore ſtatuere queat deinceps, quod viſum fuerit optimum. Nec enim dicis cauſa ſcrutinium inſtituitur, uti in Latina Eccleſia etiamnum fieri ſolet, in qua priſtini ritus qualecunque ſupereſt hodie veſtigium, dum in ſacrorum ordinum collatione quæri ſolet, ſitne præſentium aliquis, qui velit ordinandis contradicere. *Bona verba*, inquit Claudius Eſpencæus *in 1. Tim. III. pag. m. 44. vel magis ſine mente ſonus, quaſi vero in hic populo jus ullum ſuffragii reliquum ſit.*

§. 11. Quando vero contradicit populus & diſſentit, aut ex eo aliquis, cum omnes æque & ſinguli ſuffragium negativum habeant, videndum eſt, num juſtam diſſentiendi cauſam habeant, an minus. Priori caſu, ſi compertum fuerit, quod objectum eſt, ad munus iſtud Eccleſiaſticum admitti haud debet Candidatus. Poſteriori autem caſu exponenda eſt populo cauſarum iſtarum inanitas, & adimendi errores, in quibus verſantur, proculcandæ etiam & depellendæ calumniæ, quibus novus Paſtor immerito proſcinditur. Etſi enim invitis Paſtor obtrudi haud debeat; ſi tamen nullæ juſtæ cauſæ allegari nec probari queant ab invitis illis, audiri non debet a Superintendente, multo minus a Conſiſtorio Eccleſiaſtico ſtrepitus iſte anſerinus, ſed

danda

danda potius est opera, ut eximantur scrupuli & opiniones temere conceptæ.

§. 12. Clara in eam rem sunt verba Ordinationis Ecclesiasticæ *sub rubr.* Wie ein Kirchendiener *ꝛc.* Wenn aber eine Commun, als Pfarrkinder einen redlicher und ehehaffter Ursachen halben recusiren würde / so soll derselben keiner wider ihren Willen auffgedrungen werden. Es wäre denn / daß die Recusation liederlich / und ohne Ehehafft oder erhebliche Ursachen / sondern entweder aus Unverstand / oder eigenwillig fürgenommen / darauff denn unsere Consistorial und verordnete des Synodi ihr sonder gut Auffmercken haben / und gnugsam gründlichen Bericht einnehmen / und alsdenn die Gemeinde ihres Miß- oder Unverstandes bessers berichten / und umb so liederlicher Ursachen willen / den ordentlichen Beruff nicht hintertreiben lassen soll / gleichwohl jederzeit diese Versehung thun / und mit Fleiß dahin durch den Superintendenten oder Adjuncten mit der Gemeinde handeln lassen / damit der Pfarrer nicht mit Unwillen / weil solchergestalt die Kirche GOttes wenig erbauet / sondern mit gutem Willen der Pfarrkinder / auffgenommen werden / und in sein Amt nicht mit Seufftzen eintreten möge.

§. 13. De interrogationibus quod dixi a Superintendente post concionem δοκιμαστικὴν faciendis, id exerceri potest in pagis & oppidulis minorum universitatum. In majoribus autem civitatibus fieri haud potest, ut eodem modo consensus omnium explorari queat. Et quia contigit sæpe, ut in majoribus istis civitatibus, si quando Episcopi aut ministri Ecclesiæ alii eligendi erunt, in seditiosas & tumultuosas catastrophas, electionis actus desineret, statutum fuit in Concilio Laodiceno *can. 13.* *Quod non sit permittendum turbis electiones eorum facere, qui in sacerdotio constituendi sunt.* Quo ipso tamen populus integer non excludi-

cluditur, sed ad honoratos & primates civitatis jus istud translatum fuit, uti hoc ex Justiniani *novell. 123. c. 1. & novell. 137. c. 2.* probat Petrus de Marca *de concord. sacerdot. & imp. lib. 6. c. 2. n. 6.* Benign. Milletot. *de delict. comm. & cas. priv. pag. 82.* Quamvis enim jus ministros Ecclesiæ vocandi ad totam spectet Ecclesiam, ipsum tamen ejus exercitium sæpe variat, & cujusque loci consvetudo observari debet. B. Carpzov. *Jurispr. Consistor. lib. 2. def. 31.*

CAPVT XIII.

Post adprobationem & consensum populi teneri Superintendentem una cum Patrono præsentare Candidatum Consistorio Ecclesiastico.

§ 1.

IVris patronatus fructus & effectus præcipuus & ipsa quasi forma consistit in præsentatione, quæ fit Episcopo. Vnde etiam definitur Lancellotto *lib. 1. Instit. tit. 28. pr. quod jus patronatus sit potestas præsentandi instituendum ad beneficium vacans.* Patronus enim Ecclesiæ vacantis secundum jus Canonicum intra tempus legitimum Clericum idoneum Ordinario loci præsentare, h. e. realiter & corporaliter sistere, offerre, exhibere debet, ut eum oculis videre, ipsius qualitates per examen & scrutinium explorare, & pro ratione earum eum vel instituere, ordinare & confirmare, vel rejicere & repudiare queat. Et quanquam separari possit jus præsentandi a jure patronatus, Julian. Vivian. *in prax. jur. patron. lib. 5. c. 2.* id tamen non aliter nisi quoad exercitium intelligendum est, cum conjuncta alias sint illa, si non actu, saltem habitu.

§. 2. Nec tamen sufficit solius Patroni præsentatio, sed

ſed eâ fieri ſimul debet a Superintendente. Vtriusque ſcil. partes hic neceſſariæ ſunt. Illius, ut patronus jus ſuum, quod in præſentatione conſiſtere dixi, ſalvum & integrum habeat, quod etiam conſervatum ei vult Ordinatio Eccleſ. *tit.* vom Beruff und Annehmung der Kirchen-Diener. §. Zum vierten: So jemand das jus patronatus oder Collatur -- -- hätte/ soll Ihnen hiermit unbenommen seyn/ wenn solche Kirchendienste sich erlediget/ daß sie nach tüchtigen Personen trachten/ und dieselbigen zu nominiren haben/ doch also/ daß solche Person/ so dermassen nominiret, zuvor unserm Conſiſtorio, dahin die Pfarr gehörig/ zur Prob und examen præſentirt und gestellet/ ꝛc. Hujus vero ideo, quod Superintendens Aſſeſſores Conſiſtorii de concione δοκιμαστικῇ, qualis illa fuerit, deque judicio parochianorum certiorare debeat, ſecundum eandem Ordinationem Eccleſ. *tit. ſeq.* §. *ult.* Und da sie sich vernehmen lassen/ daß Sie mit solcher Person wohl zufrieden/ alsdenn durch den ermeldten Superintendenten wiederumb zu dem Conſiſtorio berichten.

§. 3. Etſi vero Superintendens apud nos in iis rebus, quæ ad poteſtatem Eccleſiaſticam internam ſpectant, Epiſcopi vices ſuſtineat, & exinde etiam Epiſcopus recte dicatur, uti ſupra explicavi; in illis tamen, quæ poteſtatem externam concernunt, Epiſcopalia, quæ ita a Canoniſtis dicuntur, jura, principalia potius ſunt, & a Principibus exercentur, vel immediate, ut alia reſervata, vel mediate per Conſiſtoria, h. e. judicia & Collegia a ſe conſtituta. Per conſequens, etſi Epiſcopus jure Canonico & ſecundum conſvetudinem Eccleſiæ Pontificiæ confirmare a Patrono ſibi præſentatum Clericum queat, id tamen Superintendentibus noſtris haud eſt licitum, ſed ad Conſiſtoria, quæ hic Epiſcopi vice funguntur, eum remittere debet. Quod & in-

nuunt verba ex Ordinatione Ecclesiastica modo adducta.

§. 4. Cæterum fieri quidem talis præsentatio plerumque solet iisdem literis & juncta subscriptione tam a Superintendente, quam Patrono, nec tamen necessarium id est. Et factum memini non unis vicibus, ut seorsim Superintendens, seorsim etiam Patronus præsentaret literis omnino distinctis & diversis; quod fieri plerumque solet, si de prærogativa loci in subscriptione convenire nequeant, aut si compatronum se jactitat Superintendens, patrono dissentiente & contradicente. Vtrum autem Superintendens solus præsentare clericum possit, & ad ejus unius præsentationem Consistorium procedere teneatur, litem movet Sigismundo Finkelthusio Benedictus Carpzovius *in Jurispr. Consistor. lib. 1. defin. 46. n. 6.* Et recte quidem, uti mihi videtur, cum potissimæ Patroni partes consistant in præsentatione, quæ propterea in Ecclesia patronata omitti haud debet. Si tamen ad præsentandum nomine patroni mandatum speciale habeat Superintendens, nihil obstabit, quo minus præsentatio ea sufficiens fuerit. Potest enim patronus non per se tantum, sed etiam per alium præsentare. Rochus de Curte *de jur. patron. p. m. 87. n. 24.* Julian. Vivian. *de jur. patron. part. 2. lib. 5. c. 6. n. 2.*

§. 5. Quod si porro quæras, utrum a solo Patrono præsentatio novi pastoris facta valeat, nec expectari debeat præsentatio Superintendentis? Video affirmativam placere sententiam & Finkelthusio *de jure patr. c. 6. n. 5.* & Carpz. *Jurispr. Consist. lib. 1. def. 47.* Ego hic hæreo. Si enim verum est, Superintendentis præsentationem ideo requiri, ut constet tum de concionis δοκιμαστικῆς qualitate, tum de parochianorum voluntate & assensu, qui omitti nullo modo potest, uti supra dixi, sequi videtur, nec omitti posse Superintenden-

tis ea

tis ea de re factam informationem. Ait Carpzovius, negligi eam posse tum, si aliunde appareat de populi assensu. At si hoc, quidni omitti etiam possit Patroni præsentatio, si aliunde appareat de ejus voluntate: Vtraque ergo æque videtur necessaria. Consvetudine tamen sæpe diversum obtinuit. Ita Academia Wittebergensis præsentare solet nullo adhibito Superintendentis assensu; e contrario Quæstores, qui nomine Principis jus patronatus exercent, plane non præsentant, sed soli Superintendentes. Et recte quidem, quod Princeps sibi ipsi præsentare nequeat, & jus patronatus, quod habet Princeps, supereminens sit, atque regium.

§. 6. Non vero, uti Superintendens aut Patronus, qui præsentat, per literas agere, & sic absens esse potest, ita etiam absens esse potest, nec præcise comparere apud Consistorium tenetur præsentatus. Debet enim præsentatio fieri præsentialiter, uti loquuntur, h. e. sensibus corporeis illius, cui fit præsentatio, adeo ut præsentatus debeat exhiberi Ordinario loci, sive apud nos Consistorio personaliter, nec sufficit Patrono mittere instrumentum præsentationis, Joh. Aloys. Ricc. *decis. Neapol. 130.* Idque ipsum innuit vocabulum præsentationis, quod a præsentia nomen accepit, quasi præsens dari & offerri debeat confirmandus. B. Carpzov. *Jurispr. Consistor. lib. 1. def. 48. n. 7.* Adeoque vix salvari poterit practica, de qua testatur Nic. Garcia *de benefic. part. 4. cap. 1. n. 19.* corporaliter non amplius præsentari clericos. Si tamen notoria sit qualitas absentis clerici, una omnium est sententia, præsentationem corporalem supervacuam & tantum non inutilem esse. Joh. Aloys. Riccius *d. l.* Joh. Coras. *de offic. Eccles. part. 4. cap. 6. n. 18.* Quod tamen recte restringit Augustinus Barbosa *de offic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 72. n. 120.* ad beneficia curam animarum non habentia, quod in

præſentato ad Eccleſiam parochialem examen præciſe neceſſarium ſit Et ita apud nos obſervatur, niſi forte cauſa juſta & ſufficiens perſonæ præſentatæ præſentiam impediat, qualis eſt exceptio viæ ab hoſtibus obſeſſæ, peſtilentiæ & alterius morbi graſſantis. Carpzov. *Jurispr. Conſ. lib. 1. def. 49.*

CAPUT XIV.

Superintendenti competere poteſtatem ordinandi, prævio examine.

§. 1.

EX præſentationis literis, de quibus capite antecedente egimus, judicare licet Conſiſtorio Eccleſiaſtico, cui fit præſentatio, & de legitima novi Paſtoris vocatione, & de loco ſive Eccleſia, cui ille præfici debeat. Quod primum iſtud attinet, obiter addo, ſolere Patronos literis vocationis, quæ & ipſæ a præſentato exhiberi Conſiſtorio debent, clauſulas plane inſolitas & poteſtatem ſuam excedentes quandoque inſerere, de obedientia ſibi præſtanda, it. contentos eſſe velle candidatos ſalario accepto, & quæ ſunt aliæ. Quæ ubi obſervatæ fuerint a Conſiſtorialibus, expungi ſolent & deleri, quod reverentia quidem & honor debeatur patrono, haudquaquam obedientia, cujus nec jurisdictionem novus Paſtor agnoſcere tenetur; ſalarii autem præſtatio ab arbitrio Patroni non dependeat, nec imminui propterea ab eo queat.

§. 2. Alterum vero neceſſarium ideo eſt, ut conſtet, cui Eccleſiæ præfectus eſſe debeat novus Paſtor, cum pro captu parochianorum conſtituendi ſint Paſtores, & Eccleſia alia majorem induſtriam in Paſtore & accuratiorem prudentiam exigat, alia minorem, in nuda catechiſatione

con-

consistentem. Et hunc respectum attendi etiam vult Ordinatio Eccles. Saxon. *tit.* Erinnerung vom Amt der Kirchendiener. §. pen. verb. ob/ und wohin er tüglich und zu verordnen seyn möchte. & *verb.* und also jeder nach seinen Gaben mit Nutz der Kirchen an sein gebührend Ort verordnet werden könte. Et in *tit. anteced.* vom *Examine* der Kirchendiener. §. So denn. *verb.* sondern auch/ daß jeder nach seinen Gaben zu der Kirchen verordnet werden möge/ da sie von männiglich wohl zu hören/ und grossen Nutz schaffen mögen.

§. 3. Nec vero sine vocatione ad certam Ecclesiam ordinari quisquam potest, non magis ac olim in veteri Ecclesia sine certo titulo, uti tum loquebantur. Vetitum enim jam diu fuit in Concilio Chalcedonensi *c. 6. ne quis presbyter aut diaconus* ἀπολελυμένως *ordinaretur*, h. e. absolute, ut quocunque voluerit, proficiscatur, sacraque administret ibidem, aut sacerdotalem aliquam exerceat functionem, uti commentatur Joh. Zonaras *ibid.* nisi specialiter ecclesiæ civitatis, aut possessionis, aut martyrii, aut monasterii, qui ordinandus est, pronuncietur, *secundem versionem* Dionisii Exigui. Quod si quis olim ordinasset aliquem absolute, non vocatum ad certam Ecclesiam aut certum titulum, tenebatur ille, qui ordinasset, alimenta interim ordinato præstare, *cap. 4. X. de prabend.* de quo videri potest Stephanus Tornacensis *epist. 194.* Gvil. Bevereg. *ad d. c. 6.* Fr. Bosquet. *ad Innoc. III. epist. p. 194.*

§. 4. Antequam vero ad ordinationis actum progressus fiat, examen subeundum est præsentato in Consistorio, cui præsentatio facta est. Idque examen aliud & diversum est ab eo, quod factum fuit a Superintendente ante concionem δοκιμαστικήν. Vltimum enim hoc haud paulo accuratius est & magis rigorosum, quam prius illud, quod perfun-

ctorie tantum peragi solet. Hoc autem non in doctrinam tantum & eruditionem, sed vitam etiam & mores profundius & majori cum cura inquirere intendit. Sie sollen mit allem Fleiß seine Geschicklichkeit erkundigen/was er in H. Schrifft zuförderst/ und denn auch sonsten studirt: Ob er nicht allein die Lateinischen/ sondern auch der Griechischen und Hebräischen Sprache erfahren/ wie er auch sonsten in den controversiis geübt/ ꝛc. uti jubet Ordinatio Eccles. *tit.* von *Examine* aller Kirchendiener. Et porro: Sie sollen auch nicht weniger fleissige Kundschafft seines Lebens und Wandels haben/ wie er sich/ da er zuvor im Dienst/ gehalten/ welches nicht allewege aus den blossen testimoniis zu nehmen/ weil offtmahls auch den unwürdigen gute Zeugniß gegeben werden/ damit man ihrer mit Fugen loß werden möge. Hæc scil. est labes illa perquam frequens in Academiis, qua solent Professores sibi cognatos, præceptores, famulos, domesticos multis commendare verbis, non tam, ut Ecclesiæ, cujus ministerium illi ambiunt, bene sit, quam ut suæ consulant rei familiari, perpetuum deinceps clientem habituri. Non ergo promiscue recipiendi sunt, qui ita commendantur, sed ad examen revocanda est & eruditio eorum & vitæ ratio.

§. 5. Tale examen etiam in antiqua Ecclesia subire oportebat ministerii Candidatos, qui propterea in publica luce & oculis omnium versari jubebantur aliquando, ut eo certior de illis haberi posset cognitio. Sic enim decretum fuit Concilio Meldensi *c. 52.* *Qui ex nostris parochiis aut ad titulum aut absolute ordinari petuntur, nullatenus ordinentur, nisi aut in clero certo & religioso, vel etiam in civitate saltem uno anno immorentur, ut de vita & conversatione atque doctrina illorum certitudo possit agnosci.* Examen autem ipsum, qualiter instituendum, quidque in eo præcipue obser-

vandum

vandum fuit, describitur in Concilii Namnetensis *can. 2. Episcopus quando ordinationem facere disponit, omnes, qui ad sacrum ministerium accedere volunt, feria quarta ante ipsam ordinationem evocandi sunt ad civitatem, una cum archipresbyteris, qui eos præsentare debent. Et tunc Episcopus e latere suo dirigere debet sacerdotes & alios prudentes Viros, gnaros legis divinæ & exercitatos in Ecclesiasticis sanctionibus, qui ordinandorum vitam, genus, patriam, ætatem, institutionem, locum, ubi educati sunt, si sint bene literati, si in lege Domini instructi, diligenter investigent. Ante omnia, si fidem catholicam firmiter teneant & verbis simplicibus asserere queant. Ipsi autem, quibus hoc committitur, cavere debent, ne aut favoris gratia, aut cujuscunque muneris cupiditate illecti, a vero devient, ut indignum & minus idoneum ad sacros gradus suscipiendos Episcopi manibus applicent. Quod si fecerint, & ille, qui indigne accessit, ab altari removebitur, & illi, qui donum sancti spiritus vendere conati sunt, coram DEO jam condemnati Ecclesiastica dignitate carebunt. Igitur per tres continuos dies diligenter examinentur, & sic sabbatho, qui probati inventi sunt, Episcopo repræsententur.* Refertur a Gratiano *c. quando. dist. 24.*

§. 6. Legantur jam verba Ordinationis nostræ Ecclesiasticæ, *tit.* von *Examine* aller Kirchendiener. Plurima in illa invenientur, quæ canoni huic Namnetensi valde similia & prorsus eadem sunt. Nonnulla hic recensere operæ erit precium, quæ talia sunt: Primum exponitur, qua ratione testimonia ab ordinando producta examinari debeant, itemque quód explicationes articulorum fidei ab ordinandis fieri debeant non illis solum verbis, quæ in Compendiis præscripta & memoriæ mandata sunt, sed aliis etiam æquipollentibus & veram fidei analogiam exprimentibus. De-

in se-

in sequitur: Darnach sollen die verordneten Theologen des Consistorii allewegen/ in Gegenwart beyder oder eines aus den politischen Assessorn mit Jhm das Examen fürnehmen/ und von den fürnehmsten Artikeln unser Christlichen Religion conferiren/ und sie nothdürfftlich befragen. Sequuntur quaestiones nonnullae, secundum quas examen peragi debeat, quæ ut hic describantur, causæ nihil subest.

§. 7. Deinde pergit constitutio: Sonderlich aber sollen die Examinatores, wenn sie dem examinando eine Frage fürhalten/ und er mit ja oder nein antwortet/ alsbald Zeugnisse der Heil. Schrifft von Jhm fordern/ sich auch an der blossen Erzehlung derselben nicht sätigen lassen/ sondern durch das/ so vor und nachgehet/ eigentlich erkundigen/ ob sie solche Zeugnisse allein aus dem Schulbüchlein gelernet/ wie sie durch andere ausgeschrieben worden/ oder auch in der Bibel nachgeschlagen/ und daselbsten sich des eigentlichen Verstandes erholet haben. Desgleichen sollen die Examinatores auch in dem Examine nicht predigen/ noch vielweniger dem Ordinando helffen/ und ihm mit Worten Anlaß geben/ wie er antworten soll/ sondern nur stracks fragen und hören/ wie der Ordinandus in allen Artikeln gefast/ und allewegen in ihren Fragen mehr mit Worten auff das Widerspiel sich vermercken lassen/ denn daß der Examinandus Ursach daraus nehmen solte/ was nach der Heil. Schrifft zu antworten/ dergestalt eigentlich erkundiget/ was sie studiret/ und diß Examen schleunig verrichtet werden kan. Wie denn solches also wohl anzustellen/ daß Jhrer etliche zugleich mit einander examiniret/ und was einer nicht weiß/ der andere/ dritte und vierte alsobald befraget werden kan.

§. 8. Patet hinc, quanto cum studio, quantaque cum animi attentione examen tale peragi velit Serenissimus Saxo. Utq; fraudibus omnibus factisq; ad fallendum instructis obviam

viam eatur, ipsis Examinatorum conscientiis rem istam committit his verbis immediate consequentibus: Wir wollen auch hiermit unsern Theologen bey ihren Pflichten eingebunden haben/ daß sie um Beförderung willen zum Kirchendienst keine Geschenck noch Gaben von jemands/ wer der seyn mag/ nehmen/ noch sich mit den Ordinanden/ oder Examinanden heimlich vergleichen/ was sie im Examine nachmahls antworten sollen/ weil sie wohl wissen/ wie ernstlich der Allmächtige solche Simoniam gestraffet/ sondern wie sich ihrem Amte und Beruff nach gebühret/ solch Examen auffrichtig und nach eusersten Nothdurfft der Kirchen verrichten/ wie sie solches nicht allein vor uns/ als dem Landes-Fürsten/ sondern zuförderst vor dem Richterstuhl JEsu CHristi verantworten müssen. Repetitur id in den General-Artickeln/ *tit.* von der *Ordination.* Desgleichen wollen wir auch unsere Theologos bey den dreyen Consistorien, so der Ordination beywohnen/ und dieselbe verrichten helffen/ ihres Gewissens/ und S. Pauli Vermahnung ernstlich erinnert haben/ daß sie niemand bald die Hände auflegen/ und sich mit Ordination ungelehrter/ ungeschickter/ ärgerlicher Kirchendiener/ nicht frembder Sünden/ und des erschrecklichen ewigen Verdammniß armer Seelen theilhafftig machen/ wie sie denn deshalben am jüngsten Gericht dem gerechten Richter Antwort geben müssen/ sondern vielmehr bedencken/ weil der Kirchendienst ein so hoher Beruff/ daß sie alle Gelegenheit der Ordinanden/ so viel möglich/ auf das allerfleißigste erkundigen rc.

§. 9. De illis vero, qui in examine parum prompte steterunt, & vel vita vel doctrina se minime commendarunt, statutum jam olim fuit in Concilio Nicæno I. *can. 9. Si qui sine examinatione presbyteri promoti sunt, vel cum discuterentur, peccata sua confessi sunt, eisque confessis, homines contra canonem moti, manus imposuerunt, tales canon non admittit:* vel, uti explicat Gratianus *c. ult. dist. 24.* abjiciantur

tur ex clero. In Capitularibus *lib. 7. c. 14.* etiam Episcopi ordinandi potestate privantur, qui indignos ordinaverint. Ordinatio nostra Ecclesiastica remittere eos cum elogio jubet ad patronos præsentantes. In alten General-Artickeln/*tit.* von der *Ordination.* Und da befunden/ daß derselbe an Lehr und Wandel ungeschickt were/ sollen die/ so Ihn gesandt/ und zu der Pfarr beruffen haben oder wollen/ schrifftlich von dieses Ungeschickligkeit berichtet/und verwarnet werden/ daß sie auf einen andern bedacht seyn wollen/ der zu solchem Pfarr-Amt tüglich sey. Idem repetitum legitur in articulis generalibus noviorib. *d. l.*

§. 10. Quod si Patronus ad hanc rejectionem vel nequeat, vel nolit alium præsentare, uti sunt nonnulli tam duræ cervicis, ut putent, jure suo patronatus se privari, sicubi ad alterius jussum novum Pastorem præsentare oporteat, poterunt Consistorii Assessores defectum istum supplere, & idoneum aliquod subjectum in vacantem Ecclesiam instituere, salvo tamen adhuc jure patronatus, quod alteri competit, aliis vicibus exercendo. Sic enim constitutum legitur in Ordinat. Eccles. *tit.* vom Beruff und Annehmung &c. Wenn aber der Lehnherr keine solche tügliche Person nominiren und vorstellen könte/ oder wolte/ und aber wir uns von GOtt befohlnen Amts/ und hoher Obrigkeit halben uns schuldig erkennen/ unsere von seiner Allmächtigkeit uns befohlene Kirchen und Unterthanen obgehörter massen zu versehen/ so sollen unsere Consistorialen und verordnete des Synodi mit Bestellung derselbigen Pfarren/ Predicaturen/ Diaconaten/ und Subdiaconaten/ als oblaut/ verfahren/ damit solche Kirchen-Dienst nicht vaciren/ sondern die Pfarr-Kinder mit der Predigt Göttlichen Worts/ und rechtem Gebrauch der Heil. Sacramenten versehen/ und keines weges versäumet werden/ und solches den patronis an den Collaturen/ unnachtheilig und unabbrüchig seyn.

§. 11.

§. 11. Etiam Justiniani Imp. ætate non ita adstricti erant Episcopi ad præsentationem patronorum, ut præsentatos præcise ordinare oportuerit, sed poterant eos repellere prorsus, si in examine parum promptos se exhibuerint. Agitur hac de re in *novell. 57. c. 2. Decernimus, si quis ædificans Ecclesiam, aut etiam aliter expendens in ea ministrantibus alimenta, voluerit aliquos clericos statuere, non esse ei fiduciam ullam, quos vult per potestatem deducere tuæ Reverentiæ ad ordinandos eos: sed examinari a tua sanctitate, sententiaque tua, & qui pontificalem sedem rexerit, semper hos recipere ordinationem, qui tuæ beatitudini, & qui postea opportuni videbuntur existere, & DEI ministerio digni, ut non profanentur sancta DEI, &c.* itemque *novell. 123. c. 18. Si quis oratorii domum fabricaverit, & voluerit in ea clericos ordinare aut ipse, aut ejus heredes, si expensas ipsis clericis ministrant, & dignos denominant, denominatos ordinari. Si vero, qui ab eis eliguntur, tanquam indignos prohibent sacræ regulæ ordinari, tunc sanctissimus Episcopus, quoscunque putaverit meliores, ordinari procuret.*

§. 12. Ex Concilii Cabilonensis II. *canone 13.* colligitur, examen tale ordinandorum ab Episcopis circa ista tempora (celebratum fuit istud Concilium anno Christi DCCC XIII.) plane neglectum fuisse, inque ejus vicem invaluisse, ut ordinandi ipsi dignos se esse jurejurando confirmarent. Sic enim habent verba: *Dictum est interea de quibusdam fratribus, quod eos, qui ordinaturi sunt, jurare cogant, quod digni sint, & contra canones non sint facturi, & obedientes sint Episcopo, qui eos ordinat, & Ecclesiæ, in qua ordinantur. Quod juramentum quia periculosum est, omnes una inhibendum statuimus.* Erant Episcopi jam eo tempore in isto statu, ut Regale magis imperium, quam Ecclesiæ ministerium affe-

ctarent. Declinare igitur iſtud examinandi officium cœperunt, vel quod vile id ſibi videretur nimis & abjectum, & faſtidirent plane iſtud ſcrutinium, vel quod inhabiles & indocti eſſent ipſi, & prorſus inidonei ad examen tale inſtituendum. Indeque id officium aliquando ceſſit Archidiaconis, uti patet *ex capitularibus* Hincmari Remenſis *c. 11.*

§. 13. Exploratis ita per examen ſtudiis & moribus novi Paſtoris, illisque verbo divino conformibus repertis, nil reſtat amplius, niſi ut ad ordinationis actum fiat tranſitus, qui quidem publice in Eccleſia inſtitui debet. Etſi enim ille non ſit abſolute neceſſarius, nec de eſſentia inſtituendi Paſtoris, poſſitque aliquis ſine tali ritu miniſter Eccleſiæ verus eſſe, docere verbum DEI, & adminiſtrare Sacramenta, nec poteſtas Eccleſiaſtica ab hoc ritu dependeat, retinendus tamen ille eſt, neque extra neceſſitatis caſum omittendus tum propter Eccleſiæ Apoſtolicæ conſvetudinem, in qua presbyterium miniſtros ab Eccleſia electos per preces & impoſitionem manuum ordinabat, & DEO quaſi conſecrabat, tum ut fiat per hunc actum publica & ſolennis teſtificatio, vocationem ejus perſonæ, quæ ordinatur in conſpectu DEI & nomine ipſius eſſe legitimam, ſanctam & divinam, tum ut ipſe etiam ordinatus de officio ſuo ſolenniter & graviter admoneatur, quatenus id ſuſtinere debeat in parochianorum ſuorum ſalutem. Vid. B. Gerhard. *loc. de miniſter. Eccleſ. num. 139.* Joh. Hülſemann. *Breviar. Theol. in ſupplem. cap. 19. n. 3.* Balth. Menzer. *in Exegeſ. A. C. art. 14. n. 8.* Ben. Carpzov. *in Juriſpr. Conſiſt. l. 1. defin. 51.* & ante omnes B. Chemnitius *Loc. de Eccleſia p. m. 137.*

§. 14. Ordinatio iſta non debet fieri clanculum, ſed publice in Eccleſia, præſente populo, uti docet Theophilactus Alexandrinus *in commonitorio*, quod habetur *tom. 2.*

Synod.

Synod. Magn. can. 6. Est enim actus totius Ecclesiæ, quæ uti eligit & vocat, ita censetur etiam ordinare ministros, non una duntaxat vel altera persona. Exsequitur autem & expedit ordinationis actum, propter εὐσχημοσύνην per ministerium, in quo præcipuus est & Directoris partes sustinet Episcopus sive Superintendens, qui tamen propterea officio suo fungitur non privata sua & sibi soli divinitus competente, sed publica autoritate, nomine, jure, suffragio, consensu, approbatione & voto totius Ecclesiæ. Ben. Carpzov. *d. l.* Atque sic totus iste actus est totius Ecclesiæ, executio vero illius actus fit a personis Ecclesiasticis ministerium constituentibus, & inter has principaliter ab Episcopo sive Superintendente, qui totum istum actum dirigit, adstante & cooperante simul, atque manus imponente presbyterio reliquo.

§. 15. Et hæc praxis jam inde Apostolorum tempore recepta fuit. Timotheo enim, cum in ministerium Ecclesiæ inaugurаretur, non a solo Paulo, sed etiam a reliquis Presbyteris manus impositas fuisse, ex ipsius Pauli verbis colligere licet *1. Timoth. IV, 14. Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterii.* Et *Actor. XIII, 3.* plures manum imposuerunt, non unus aliquis. Nec ergo dici potest, jure divino solis Episcopis, quod receptum nunc est in Ecclesia Latina, jus ordinandi concessum fuisse, ut maxime in presbyterio, qui præcipuus est, actionem istam directione sua moderatus sit. Serius id officium solis Episcopis cessit, qui & ipsi suam illam prærogativam a presbyteris acceperunt, quod satis perspicue docet Hieronymus *epist. ad Euagrium 85. Alexandriæ,* inquit, *a Marco Evangelista usque ad Heraclam & Dionysium Episcopos Presbyteri semper unum ex se electum in excel-*

ſiori gradu collocatum Epiſcopum nominabont. Quomodo ſi exercitus Imperatorem faciat, aut diaconi eligant de ſe, quem induſtrium noverint, & Archidiaconum vocent. De ὑπεροχῇ iſta Epiſcoporum repeti poſſunt ea, quæ dixi ſupra, itemque in tractat. *de Epiſcopis. lib. 1. cap. 3.*

§. 16. Non ergo faciendum eſt cum illis, qui presbyteris omnem prorſus auferunt poteſtatem ordinandi paſtores, niſi quatenus lege Eccleſiaſtica interdicti fuerint. Retinent tamen tum nihilominus poteſtatem iſtam, in habitu ſaltem, etſi actu eam exercere nequeant, qua ipſa tamen in caſu neceſſitatis uti non prohibentur. Eſt enim, ut ſupra dixi, actus iſte ordinationis totius Eccleſiæ. & Epiſcopus, quod tum agit, nomine Eccleſiæ agit. Quid obſtat ergo, quo minus idem iſtud, exigente præſertim neceſſitate, nomine Eccleſiæ agere poſſit presbyter: præſertim cum presbyter eandem habeat jure divino cum Epiſcopo poteſtatem. Quapropter quicquid hic habet Epiſcopus præcipui, id non habet ex jure divino, ſed lege poſitiva Eccleſiaſtica, ut nihilominus poteſtas iſta ad totam Eccleſiam ſpectet, & ad eam referri debeat, & ſic etiam presbytero committi poſſit.

§. 17. In noſtris Eccleſiis Saxonicis ſolet hoc munus a Superintendente expediri, ut Directore Collegii presyteralis & totius miniſterii, ita tamen, ut ipſi etiam presbyteri operas ſuas jungant, & manus ſimul imponant. Sed nec Superintendentibus promiſcue omnibus exercitium iſtud permiſſum eſt, verum illis tantum, qui Dresdenſi, Lipſienſi & Wittebergenſi diœceſibus præſunt, quod illic locorum Conſiſtoria Eccleſiaſtica in his terris habeantur. Ab initio quidem Lipſiæ ſolum & Wittebergæ ordinationis actus inſtituti fuerunt, ſecundum verba articulorum generalium

de

de anno M D LVII. *tit.* von der *Ordination &c.* Die Ordination der Priester soll zu Leipzig und Wittenberg vorgenommen/ auch allermaß geschehen und gehalten werden/ wie es derer Orte herbracht. Postea vero constitutum fuit, ut similes ordinationis actus etiam Dresdæ perficerentur. General-Artickel *de anno 1580. tit.* von der *Ordination*: Wiewohl biß daher allein zu Wittenberg und Leipzig die ordination der neuen Kirchen-Diener gehalten/ jedoch weil die Theologen daselbst nicht allein bey den Consistorien, viel zu verrichten/ sondern beneben denselben Geschäfften/ über die ordentliche Predigten/ auch täglich ihre Lectiones bey der Hohen Schule verrichten sollen/ und besonders der Kirchen/ so in das Consistorium zu Leipzig gehörig/ eine grosse Anzahl/ haben wir diese Verordnung gethan/ daß hinführo zugleich den andern Consistoriis alle neue Kirchen-Diener/ so in des Meißnischen Consistorii Kreiß gehörig/ bey unserm Ober-Consistorio zu Dreßden nicht alleine examiniret/ sondern auch/ da sie tüglich befunden/ daselbsten ordiniret werden sollen.

§. 18. Quæ causa sit, quod ad loca illa, quibus affixa sunt Consistoria Ecclesiastica, restricta fuerit ordinandi potestas, nolo curiose indagare. Potissima videtur esse ista, quod in Consistoriis istis & ex istis Episcopalia, uti vocantur, Principis nomine exerceantur jura. Et sic etiam ordinandi potestas a Principe, & quod ejus vices sustinet, Consistorio expectanda est. Dum ergo, in Consistorio, cujus partem constituit Superintendens illius loci, examen & scrutinium, de quo supra dixi, peragi soleat, adhibitis etiam, uti Wittebergæ fieri consvevit, reliqvis ejus Ecclesiæ ministris, quis erit Superintendens, cui meliori jure potestas ordinandi competet, quam ipse ille, qui cum ministerio suo in examine præsens fuit? Nec adeo dubito, etiam in Misenensi

Ur-

Vrbe, quoad Consistorium ibi habitum fuit, & forte etiam Cygneæ, cum & illic olim ab Johanne Friderico Electore Consistorium aliquod institutum legatur, similem ordinandi potestatem exercitam fuisse.

§. 19. Nec tamen propterea putandum est, reliquos Superintendentes omnes jure suo ita excidisse, ut ne quidem exigente necessitate, undecunque illa exorta fuerit, ordinationis ritum peragere possint. Fieri enim potest, ut vel propter invasionem hostium & vias obsessas, vel propter luem infestam & gravem pestilentiæ morbum adiri nequeant civitates Consistoriis Ecclesiasticis celebres, & tum utique necessarium erit, ut resuscitetur & reviviscat potestas ordinandi penes unum vel alterum Superintendentem lege Ecclesiastica aut Principis constitutione hactenus prohibitum. Nec tamen tum sponte sua quisquam id aggredi debet, nondum scilicet solutus obligatione legis, cum nec adeo necessaria sit, uti supra dixi, ordinatio ad constitutionem ministri Ecclesiæ; sed expectari debet jussus & mandatum ipsius Consistorii per calamitatem publicam impediti. Sic enim contigit superiore anno hujus seculi octogesimo, quo gravem pestilentiam perpessa est & Dresda Vrbs & simul Lipsia. Oportuit tum ex utroque istorum locorum Consistorio committi ea provincia Superintendentibus vicinis, qui in civitatibus nondum infectis munere suo fungebantur. Et ista quidem mandata non indefinite & in genere concipi solebant, sed repetebantur, quoties quis ordinandus esset, & restringebantur ad istam tantum personam, quæ tum ordinari debebat.

§. 20. In eam rem accepi formulam in Consistorio Supremo conceptam his verbis: Demnach wir aus erheblichen Ursachen M. Henrich Hackenbergern vocirten Pestilential-Pfar-

Pfarrer zu Chemnitz von euch ordiniren/ und in Pflicht nehmen zu lassen entschlossen: Als ist hiermit unser Begehren/ Ihr wollet mit Zuziehung des Ministerii zu Chemnitz/ besagten M. Henrich Hackenbergern auff sein Anmelden gewöhnlicher massen ordiniren/ ihn beyliegendes Jurament ablegen lassen/ wie ihr solches verrichtet/ sodann berichten/ und die Confirmation aus unserm Ober-Consistorio erwarten. Dat. den 6. Octobr. 1680. An den Superintendenten zu Chemnitz.

§. 21. Cæterum, si quis Superintendens apud nos ordinandus fuerit, (contingere enim id qnandoque solet, ut propter ingentes animi dotes ad munus istud illico promoveatur aliquis, qui in ministerio nunquam laboravit antea) non aliæ tum adhibendæ sunt ceremoniæ. Etsi enim ex veterum canonum placitis ad Episcopi ordinationem tres ad minimum Episcopi alii concurrere debuerint, uti id prolixe probat Guilielmus Beveregius *ad can. 1. Apostol.* superfluum tamen id putavit Ecclesia nostra, quod numerus omnino nihil faceret ad ordinationis actum, & reliquum ministerium numerum istum facile suppleret, præcipue cum adhiberi soleant simul Theologiæ Doctores & Professores, ut taceam jam, nec ordinationem, quod supra dixi, esse de essentia instituendi Pastoris.

§. 22. Illud addo insuper, ordinationes fieri non debere propter pecuniam, & a primis Ecclesiæ incunabulis ordinationes ejusmodi detestabiles semper & ab ipso Spiritu S. prohibitas fuisse *Actor. VIII, 20.* Accessit prohibitio Ecclesiastica in Concilio Chalcedonensi *can. 2. Si quis Episcopus propter pecunias ordinationem fecerit, & inæstimabilem gratiam sub precio redegerit & propter pecunias ordinaverit Episcopum, vel chorepiscopum, vel presbyteros, vel diaconos, vel aliquem eorum, qui in clero annumerantur, vel propter pecunias promoverit Oeconomum, vel defensorem, vel mansionarium, vel omnino aliquem ex*

canone, sui turpis quæstus gratia. Qui hoc tentasse convictus fuerit, sui gradus periculum subeat. Et qui est ordinatus, nihil ex ordinatione vel promotione per quæstum vel mercaturam facta juvetur, sed sit alienus a dignitate & sollicitudine, quam pecuniis adeptus est, &c. Mox etiam Lex civilis *in novella* Justiniani *constitutione 6. cap. 1.* ubi hæc inter alia leguntur verba: *Et hanc* (ordinationem) *non pecuniis emere, neque per rerum aliquarum dationem suscipere, sed puram percipere, & sine mercede, & tanquam a DEO datam, nam si etiam alia omnia habeat utilia, quæ prius a nobis dicta sunt, pecuniis autem vel rebus videatur Episcopatum etiam emisse, sciat se & ab Episcopatu casurum & hoc munus retributurum ordinanti, ut & ille Episcopatum amittat, & a clero cadat, & utrique causa talem præstet retributionem, ut & hic quidem non adipiscatur, quæ sperabit, ille autem etiam quæ habeat, amittat, &c.* Sequuntur alia plura, quæ digna sunt, ut legantur. Add. *Novell. 123. c. 16.* & Petrus de Marca *de concord. sacerd. & imp. tom. 2. p. 98. & 330.*

§. 23. In Constitutionibus Ecclesiasticis Saxonicis similiter prohibita est istiusmodi, uti vocatur, Simonia *tit.* von der *Ordination,* verb. Wir wollen auch hiermit unsere Consistorien bey ihren Pflichten und Vermeidung ernstlicher Straffen/ erinnert und vermahnet haben/ daß Sie bey solcher Ordination zu Beförderung der Personen kein Geschenck noch Gaben nehmen/ auch Niemand aus Gunst einschieben/ oder aus Wiederwillen hindern/ sondern wie ein jeder an seinen Gaben/ Geschickligkeit/ Leben und Wandel befunden/ nach ihrem Gewissen befördern/ und hierinnen andern nichts/ denn die Ehre GOttes/ der Pfarr-Kinder ewig Heil und Seeligkeit/ und also einig den Nutz der Kirchen ansehen und bedencken. Deßwegen wir denn in den jährlichen Visitationibus diese ernstliche Nachfrage verordnet/ damit die Kirchen an allen Orten/ so viel müglich

glich/ mit frommen/ geschickten/ tüchtigen und unärgerlichen Kirchen Dienern zu Erbauung derselben/ versehen werden.

§. 24. Dici non potest, & ex veterum scriptis colligi abunde licet, quanta cum ubertate ubique repullulaverit Simoniæ istud vitium, plurimis licet sanctionibus repressum semper. Extat *in jure Græco-Rom. lib. 3.* Gennadii patriarchæ Constantinopolitani epistola ἐγκύκλιος ad papam Romanum, Leonem Magnum, relata etiam Cardinali Baronio *ad annum CCCC LIX. n. 3.* qua occasione sibi per Galatas data multis id verbis perstringit. Sequitur *ibid.* alia Tarasii ejusdem Urbis Patriarchæ ad Adrianum Papam Romæ veteris, quæ itidem habetur in Synodico Magn. *tom. 2. p. m. 148.* in qua recenset veteris Ecclesiæ ea de re placita. Eleganter Sylvester II. Gerbertus antea dictus in *informat. Episcopor. quam lib. 2. analector.* edidit Johannes Mabillonius: *Nescii homines in ordinationibus vestris clamant: Dignus & justus est, & conscientia misera clamat: indignus & injustus est. Pronunciat talis Episcopus: pax vobiscum; & ipse interius non habet pacem secum. Oculis carnalibus videtur Episcopus magnus: & divinis obtutibus leprosus est maximus. Per pecuniam indebitum ordinem acquisivit, & Deum in interiore homine perdidit, &c.*

CAPUT XV.

Ad Superintendentis munus pertinere actum investiendi novum Pastorem.

§. 1.

INvestituræ vocabulum tam novum non est, uti contendit Cardinalis Baronius *ad ann. DCC LXXIV. n. 15.* Re-

Reperitur enim illud in antiquissimis legibus Wisigothorum Longobardorum & aliarum gentium, tum & in antiquis chartis, quales *tomo secundo rerum Alemannicarum* inseruit Melchior Goldastus. Usitatum id fuit præcipue in feudorum concessione, uti patet ex *2. F. 33.* tum & in alia quavis quorumvis bonorum alienatione & translatione, etiam ea, quæ fiebat in Ecclesiam. Vid. Franc. Hotomann. *in verb. feudal. vocab. investitura.* Sic dicta, quod vasallus, aut ille, cui res traditur, possessione istius rei quasi veste induatur, unde & investitio alicubi dicitur. *1. F. 26. & 28.* Estque apud Feudalium jurium Doctores vel vera & propria atque realis, qua possesio actualiter traditur & apprehenditur, vel ficta, quæ & abusiva dicitur, quæ ex signo aliquo translata fingitur. Priori specie introducitur quis realiter in possesionem; posteriori autem signis quibusdam & symbolis futuram possessionem innuentibus fieri solet traditio. Jacobin. de St. Georg. *de feud. verb. investivi talem. n. 1. seq.* Jul. Clar. *lib. 4. sent. §. feudum. qu. 26. n. 1.*

§. 2. In nostris Ecclesiis quando de investitura novorum Pastorum agitur, vocabulum id semper accipiendum est de investitura propria. Et describitur a Joh. Gerhardo *Loc. de minister. Eccles. n. 170.* quod sit actus Ecclesiasticus solennis, quo persona ad ministerium legitime vocata & ordinata gregi, cui præficienda est, per Superintendentem sistitur, a prælectis confirmationis literis solenniter introducitur, cui actui jungi solent feriæ adhortationes, quibus tum novus minister, tum auditores officii sui admonentur ac stipulatu manu ad sedulam illius executionem obligantur, feriæ item preces, quibus officium ministri Deo commendatur. Eoque faciunt verba Ordinationis Eccles. *tit. Investitur* der Kirchen-Diener &c. Unter dem Gesang soll der Superin-

perintendens vor den Altar treten/ den neuen Pfarrer oder Diacon zu sich beruffen/ und vor Ihm zu dem Gebet niederknien lassen/ nach vollendetem Gesang eine kurtze Vermahnung zu dem Volcke thun/ darinnen anzeigen/ wie daß dieser zu ihrem Pfarrer oder Diacon erwehlet/ und tüchtig erkennt/ auch ordentlich darzu beruffen/ der Hoffnung/ sie würden mit ihm versehen seyn &c. Und also das Volck weiter zum Gebet ermahnen/ damit der HErr seine Gnad und gedeyen darzu geben wolle.

§. 3. Investituræ hic actus ad Superintendentem spectat ejus diœceseos, in qua sita est Ecclesia, cui novus Pastor præficitur. Introducendus scilicet hic est a Superiore suo, ad quem inspectio Ecclesiæ istius pertinet, ut & ipse Pastor & populus, cujus curam spiritualem suscipit, publicum legitimæ vocationis testimonium accipiant, & majori cum fiducia, arctiorique vinculo inter se jungantur. Verba Ordinationis Ecclesiasticæ, quibus ista provincia Superintendenti committitur, *d. l. in pr.* hæc sunt: Als offt einer zum Kirchen-Diener aufgenommen/ verordnet/ und der Kirchen/ vermöge ihres gegebenen Zeugnis und Consens, annehmlich/ und aus dem Synodo confirmirt, soll der Superintendens, oder auf desselben Befehl der Adjunctus, in des Bezirck er gehörig/ aufs förderlichste/ samt dem Amtmann/ Collatorn, oder Erbherrn desselben Orts/ beneben einem benachbarten Pfarrer/ als Gezeugen der Handlung auf einen bestimten Tag sich daselbst hin verfügen/ und auf nachfolgende Weise die Christliche Investitur verrichten. Sequitur descriptio, secundum quam investitura fieri debeat.

§. 4. Patronus scilicet in hoc actu omitti haudquaquam debet, nec sine ejus præscitu investitura instituenda est. Ben. Carpzov. *Jp. Consist. lib. 1. def. 55.* maxime cum ex tali investituræ actu jus patronatus probari queat. Sig. Finckelthaus

§. 6. Nec tamen diffitendum est, actum hunc investituræ uberrimos ex se gignere fructus, tum in animis auditorum, tum ipsius etiam Pastoris, dum tamen non nimium differatur, & post multos aliquando elapsos annos præter necessitatem instituatur. Ordinatio nostra Ecclesiastica in verbis supra adductis vult, ut quantocyus, aufs fördérlichste/ quam primum fieri id poterit, investitura peragatur. Non sine ratione. Quandoquidem præcipuus investituræ finis hic est, tum ut per eam novus Pastor Ecclesiæ isti suæ quasi addicatur, tum ut exhibeatur iste suis auditoribus, eorumque animæ conglutinentur quasi cum anima ejus. At hoc ab initio ministerii fieri debet; post elapsos aliquot annos fructu & effectu hoc suo destituitur investitura, & sic minus necessaria ac prorsus superflua est. Quorsum enim nova nunc addictio, nova exhibitio intenditur, quæ jam diu ab ipsomet Pastore facta est? & quæ sperari poterit coalitio alia, præter eam, quæ dudum obtinuit? Memini, sex, septem, & plures abiisse annos, quibus ministerium suum sine investitura continuarunt nonnulli Pastores, quos si investire decreverit Superintendens, an putabimus, aliud illum intendere, nisi lucellum illud, quod ex tali actu expectandum ei fuerit? Nec proinde audiri debet ille, qui Pastorem post aliquot annos ad aliam Ecclesiam transferendum, nunc demum in priorem illam Ecclesiam introducere cupit, migraturum jam & vasa colligentem, quod & ipsum aliquando tentatum memini.

CAPUT XVI.

De Poteſtate juriſdictionis, quatenus Superintendenti competat.

§. 1.

SUfficienter, pro ratione inſtituti noſtri, expedivimus hactenus ea, quæ ad poteſtatem ordinis referri communiter ſolent. Proximum nunc eſt, ut videamus poteſtatem juriſdictionis in Eccleſia receptam. Anticipavimus autem jam cap. 8. nonnulla de ea præmittere. Nempe, ſi Eccleſiam ipſam in ſe ſpectes, ut eſt cœtus hominum per miniſterium verbi & Sacramentorum ad regnum Dei vocatorum, nullam omnino ea habet, juriſdictionem proprie ita dictam. Juriſdictio enim eſt de cauſa cognoſcendi, judicandi, judicatique exequendi poteſtas, adeo, ut non in ſola cognitione, ſed etiam executione, quæ poteſtatem coactivam conjunctam habet, conſiſtat. Talis autem poteſtas Eccleſiæ a fundatore ſuo Chriſto nullibi conceſſa legitur. Omnis ejus occupatio verſatur in converſione hominis ad ſalutem æternam, quæ quia mere ſpiritualis eſt, non aliis, niſi ſpiritualibus mediis obtineri poteſt. Siquidem anima ut proprium ſubjectum doctrinæ Evangelicæ, interno ſolum, non externo movetur principio. Atque inde ſequitur, Eccleſiam jure divino & per naturam ſuam neque territorium habere, neq; jus gladii, neq; jus fori contentioſi, neque proinde juriſdictionem aut coërcendi poteſtatem, uti optime id exponit Autor libelli *de Eccleſ. & polit. poteſt. n. 11. ſeqq.* inter Scripta Theologorum & JCtorum Pariſienſium.

§. 2. Poteſt enimvero etiam Eccleſia aliqua ratione Reſpublica dici, quatenus ſcil. eſt cœtus aliquis ſub certa diſciplina contentus; ſed tamen applicari hic nequeunt ea,

quæ

quæ de formis Rerumpubl. de imperio & subjectione, de legibus & jurisdictione tradunt Philosophorum & JCtorum filii. Qualis enim est cœtus, talis etiam est Respublica. At Ecclesia, qua talis, tota in spirituali congregatione & mystico aliquo corpore consistit. Talis ergo etiam est ejus Respublica. Christus ipse Autor & fundator Ecclesiæ, discrimen inter civilem & Ecclesiasticam potestatem constituit, dum ait: *Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur; vos autem non sic. Matth. XX, 25.* Quæ verba ita παραφράζει Origenes *tract. 12. in Matth. Principes gentium non contenti tantum regere subjectos suos, violenter eis dominari nituntur. Inter vos autem, qui estis mei, non erunt hæc. Ne forte qui videntur habere aliquem in Ecclesia principatum, dominentur fratribus propriis, vel potestatem in eos exerceant. Quoniam sicut omnia carnalia in necessitate sunt posita, non in voluntate; spiritualia autem in voluntate, non necessitate; sic & principes spirituales. Principatus eorum in dilectione debet esse positus, non in timore corporali.*

§. 3. Vtriusque hujus potestatis, civilis nempe & Ecclesiasticæ discrimen conspicuum maxime redditur ex differentia, quæ est inter leges civiles & Ecclesiasticas. Eam solide & erudite exponit Petrus de Marca *de concord. sacerd. & imp. l. 2. c. 16. n. 6. seq.* Leges nempe Ecclesiasticæ ad Ecclesiæ ordinem externum compositæ, non necessitate, sed voluntate, non timore corporali, sed dilectione subjectorum nituntur; civiles autem leges etiam in invitos feruntur & cum potestate coactiva in refractarios. Imperio civili non solæ singulorum civium rationes commissæ sunt, sed totius Reip. salus, & hæc vel maxime atque potissimum, etsi cum damno & detrimento atque pernicie singulorum; sed Epi-

T scopali

scopali regimini Ecclesiæ salus ita est commissa, ut singulorum præcipue saluti invigilare oporteat, nec curari possit universum corpus aliquorum membrorum pernicie, sed ad exemplum Magistri nonaginta novem oves deserendæ sint, ut centesima ad caulas reportetur. Sic & pœnæ ex legibus civilibus provenientes & censuræ, quibus utitur Ecclesia adversus contumaces & facinorosos, multum discrepant. Princeps enim adulterum aut cædis reum gladio plectit, eum in finem, ut puniat, neque emendationis spem tum attendit; Ecclesia vero non exigit pœnam, sed morborum curationem: itaque indicit excommunicationem, non ut mactet, sed ut pœnitentem ad salutem reducat.

§. 4. Nec vero invenitur quicquam in Ecclesia, qua tali; & quatenus consideratur in suis primis principiis, & finibus a fundatore Christo ei præstitutis, quod jurisdictionis aliquam speciem referre queat, si quidem jurisdictionis vocabulum proprie & in significatu supra exposito sumatur. Acerbissima omnium, quæ ab Ecclesia infligi potest, pœna est excommunicationis fulmen. Ea vero non magis, ac reliquæ censurarum species, ex jurisdictione decernitur. Vt maxime enim separatam faciamus potestatem hanc, qua in criminosos utitur Ecclesia, a potestate mere interna, quæ in prædicatione verbi & dispensatione Sacramentorum consistit, nego tamen, omne id, quod ad disciplinam & bonum ordinem conservandum constituitur, ex potestate coërcitiva jurisdictionali semper provenire. Perspicue id patet ex illis, quæ a collegiis omni jurisdictione destitutis per modum conventionis statuuntur. Nec enim ex alio capite ea observantur, præterquam ex eo, quod ita inter se convenerint Collegæ, & propter consensum præstitum, non quod mixtum imperium, quod jurisdictione inest, metuendum habeant.

§. 5.

§. 5. Videtur quidem, qui excommunicatur, pœnam hanc suam sustinere propter potestatem excommunicantis juredicialem. Non minus enim excommunicatus excluditur a cœtu visibilis Ecclesiæ, ac relegatus ex certo loco aut provincia. Talis autem relegatio præsupponit jurisdictionem criminalem relegantis, *l. 7. §. 6. seq. ff. de interdict. & releg.* Ben. Carpz. *p. 4. const. 47. def. 1. 2. 3.* Christoph. Phil. Richter. *lib. 2. decis. 93. n. 2. 3.* Sed enim multum differt relegatio ab excommunicatione. Illa enim cum coactione perpetuo conjuncta est, quæ contumacem, si extra fines manere nolit, gravioribus pœnis coërcere solet. Talem autem coërcitionem ab Ecclesia metuendam non habet excommunicatus, quod excommunicatio sit actus mere privativus, neque effectum aliquem quoad cœtum Ecclesiæ visibilem habeat, nisi sua sponte pareat excommunicatus. Quod si is spreto hoc excommunicationis fulmine obstinatius insistere, & sese de facto cœtui fidelium immiscere velit, nullam habet Ecclesia pœnam aliam, qua repellere eum, & ejicere extra sua pomœria queat, sed ad brachium seculare tum erit confugiendum, & ope ejus atque auxilio contumacia coërcenda. Exemplum refertur *in vit. Geraldi Archiep. Bracarens. n. 8.* quam recenset Stephanus Baluzius *l. 3. miscell. pag. 179. seq.* Conf. Marc. Ant. de Dominis *de Rep. Eccl. lib. 5. c. 2. n. 30.* Et huc pertinet Constitutio Lotharii, quæ legitur in legibus Longobardorum *lib. 2. tit. 55. n. 1.*

§. 6. Sed hæc fuit facies Ecclesiæ primitivæ, & potestatis ei ab ipso Christo fundatore concessæ, quæ ita continuavit fere ad tempora Constantini Magni. Eo enim imperante & honoratior cœpit esse status Ecclesiæ Christianæ & haud paulo potentior, quem in immensum deinceps au-

xerunt vanissima pietatis specie decepti Successores. Acceperunt tum Episcopi & forum & judicium, idque tale nonnunquam, quod judicia secularia ambitu suo multis modis superaret, uti id prolixe exposui *tr. de Episcopis. lib. 3. cap. 30.* Inde autem sequitur, omnem istam potestatem coactivam, qua utuntur Episcopi in suis judiciis, partem esse potestatis secularis, & ex ea veluti decerptam, quippe quæ illis vel ex benigna & liberali Principum concessione, atque indulgentia, vel etiam, quod sæpissime contigit, per invasionem & violentam usurpationem acquisita fuit. Poterit igitur Princeps vel adimere eam iterum, vel limitare & ad certum modum restringere, prout ei visum fuerit.

§. 7. Laudandi vero maxime inter Episcopos sunt illi, qui partibus controvertentibus medios se exhibent, & sua autoritate atque consilio æquos modos suggerendo & svadendo amicabili compositione eos conciliare student. Compositores vulgo dici solent, conciliatores, mediatores & proxenetæ, qui describuntur *in l. 13. §. 2. ff. de recept. arb.* alias arbitratores, quatenus distingvuntur ab arbitris. Hi enim tanquam judices servato judiciorum ordine procedunt: Arbitratores autem partibus viam & modum, quomodo ipsæmet controversiam dirimere debeant, ostendunt, & allatis in medium rationibus omnem movent lapidem, ut persvadeant partibus, componendam potius quam suscipiendam esse litem. G. Franzk. *ad ff. de recept. arb. n. 21.* And. Gail. *l. 1. obs. 150.* Arn. Vinn. *select. quæst. lib. 1. cap. 16.* Et solent illi quandoque pro æquitate sibi visa, quid decerni aut pronunciari in causa queat, mentionem facere, sed trepide admodum & verbis dubiis, dum ita sibi temperant, ut neutri parti nimium detrahat, neutri nimium tribuat, difficulter alias litem compositurus. Hunc in modum quando procedunt

cedunt Episcopi, faciunt, quod sui est officii, & ad quod charitas Christiana eos obligat, maximeque commendat Fr. Bosquetus ad Innocentii III. *epist. 1. lib. 1.*

§. 8. Non alia Superintendentibus nostris competit potestas, nisi quæ per amicabilem compositionem absolvitur, etsi perquam multi de imaginario quodam jure potiori sibi blandiantur. Nempe nec jurisdictionem illi habent, nec forum, adeoque nec sententiam dicendi potestatem, & ut maxime talem pronunciare velint, omnino tamen nulla ea est, nec unquam rei judicatæ vires acquiret, & ipsi etiam Superintendentes exequendi potestate destituuntur, certissimo jurisdictionis deficientis argumento. Ergo nec de prima aliqua instantia gloriari possunt, uti quidem imperite admodum nonnulli sibi tribuunt. Instantia enim nihil aliud est, quam contextus & continuatio processus in judicium deducti, vel est exercitatio judicii a litis contestatione ad sententiam. Joh. Bapt. Asinius *in prax. cap. 3. n. 7.* Vnde dicitur, instantiam causæ jure Cæsareo in civilibus triennio finiri, & in criminalibus biennio. *L. Properandum. Cod. de judic.* Octavian. Vestrius *in prax. lib. 3. cap. 5. n. 1.* Vbi autem judicium non est, ibi nec intelligitur esse instantia.

§. 9. Ne vero quis putet, per hanc assertionem imminui potestatem Superintendentium, præsertim, cum corripiendi clericos sibi subjectos jus denegari eis nequeat, ipsa pro me loquatur Ordinatio Saxonica, *tit.* von *immunitationibus* und Freyheiten der Kirchendiener. §. Und anfänglich. verb. So ordnen und wollen wir demnach / wenn sich zwischen unsern Amtleuten / einen oder mehr unserer Unterthanen / gegen einen Pfarrer / Prediger / Diacon oder Subdiacon, Speen oder Wiederwillen zutrüge / daß anfänglich die Sache und Parteyen durch den Superintendenten desselbigen Orts / neben

dem Amtman/ Gerichts-Herrn/ oder Collatorn, woferne derselbe nicht Part/ oder sonst der Sachen verwand ist/ oder auch zweyen Schöppen oder Kirch-Vätern gütlich verhört/ auch unterstanden werde/ sie mit wissenden und billichen Dingen zu vereinigen. Da aber über solche Unterhandlung und angewendten Fleiß sie einander rechtlicher Forderung nicht erlassen wolten/ soll der Superintendens mit dem Amtman/ Erb- und Gerichts-Herrn an unser Consistorium gelangen lassen/ was sie zwischen ihnen gehandelt/wie alle Sachen beschaffen/und an wem die Gütigkeit erwunden/ daselbsten durch sie unsere Consistorialen, der Parteyen Zweytracht und Sachen/ so viel müglich/ gütlich und ohne Weitläufftigkeit/ auch da die Güte nicht stat finde/ durch Recht/ doch ohne langen Procefs, summarischer Weise/ entschieden werden sollen.

§. 10. In hoc contextu captanda haudquaquam sunt verba, quod Superintendens conjunctim cum Præfecto, aut aliquo, qui jurisdictionem habet, sive etiam cum duobus Scabinis cognoscere de causa debeat, ac si eo ipso jurisdictio aliqua illi concessa sit, quandoquidem alias non appareat, quamobrem tales personæ, quæ judiciis præsunt, quales etiam sunt Scabini, adhiberi debeant, **daß anfänglich die Sach und Parteyen durch den** Superintendenten **neben dem Amtmann/ Gerichts-Herrn oder auch zweyen Schöppen gütich verhört.** Scabini enim vel Scabinei jam inde a Carolingorum ætate judices fuerunt. Hieron. Bignon. *ad Marculfi form. pag.* Frider. Brummer. *exercitat. de Scabin. cap. 7. seq.* eisque multo adhuc potior est præfectus, aut qui jurisdictioni præest, cujus cognitio non potest non ad jurisdictionem, quæ ei perpetuo competit, referri. Dum ergo eis adjungitur Superintendens, videtur ille quodammodo jurisdictionis aliquam partem sustinere, si non communicative per juris-

jurisdictionem Præfecti, saltem dispositive vi hujus constistitutionis, & propter delegationem Principis, cum certo constet, delegatum talem accipere jurisdictionem. Ben. Carpzov. *in processf. tit. 2. art. 3. n. 6. seq.*

§. 11. At vero nullam omnino ex verbis allatis exsculpere sibi poterunt Superintendentes jurisdictionem, & nec Præfecti quidem in his causis aut Scabini, qui adhiberi debent, non magis atque Curatores Ecclesiæ die Kirch-Väter/ quos itidem adhiberi in tali negocio quandoque vult constitutio, oder auch zweyen Schöppen/ oder Kirch-Vätern gütlich verhört. Hos vero quis dicere velit jurisdictionem aliquam habere? Scilicet totum hoc negotium non in judicandi potestate consistit, sed in nuda audientia & amicabili compositione, qualem supra descripsimus, absolvitur, quæ si locum non inveniat, quandoquidem ad concordiam cogi nequeunt partes, cessat omne reconciliationis officium, & partes ad judicium ordinarium remittuntur. Quod diserte Præscribit constitutio: Da aber über solche Unterhandlung und angewendten Fleiß sie einander rechtlicher Forderung nicht erlassen wolten/ soll der Superintendens mit dem Amtmann/ Erb- oder Gerichts-Herrn an unser Consistorium gelangen lassen/ was sie zwischen ihnen gehandelt &c. Ut maxime igitur alias Præfectus aut Officialis alius, Superintendenti adjunctus, jurisdictione polleat, & magistratus partes sustineat, in causis tamen Ecclesiasticis & ubi Clericus personaliter convenitur, nullam habet judicandi & jurisdictionem exercendi potestatem, quippe quæ & ipsa penes judicem ordinarium cessat & quiescit interim, quoad ille in actu amicabilis compositionis versatur, & arbitratoris partes sustinet, a quo hactenus nihil omnino differt.

§. 12. Inde vero patet, officium Superintendentis in tali

tali negocio multum ſuperari ab officio judicis pedanei, cujus miniſterio olim magiſtratus in judicando utebantur, & judicis pedanei conditionem multo fuiſſe meliorem, etiam quoad nomen, cum Superintendens ne judex quidem dici queat. Nempe judices pedanei privati erant, & ex numero ſelectorum a Prætore dabantur, ut videre eſt apud Gellium *lib. XIV. noct. Attic. c. 2.* autoritasque eorum tanta non fuit, quanta Epiſcoporum, vel noſtrorum Superintendentium; in hoc tamen utrique pares ſunt, quod & ipſi judices pedanei nullam habuerint jurisdictionem, ne mandatam quidem, perinde ut Superintendentes noſtri, ſed notionem tantum, quæ a jurisdictione multum differt. Vid. Franc. Duaren. *ad l. 4. ff. de pact* .Nec tamen ſubſtiterunt judices pedanei in notione illa, aut amicabili tantum compoſitione, ſed etiam ſententiam pronunciare poterant in cauſa illa, quæ eis commiſſa erat, *l. 3. C. de pedan. judic.* & quidem ex ſcripto ſolenniter. Anton. Perez. *ad Cod. d. t. n. 4.* Superintendentes vero ſententiam dare aut pronunciare non poſſunt, cum nec judicium habeant, ut judices pedanei, quod optime colligitur ex verbis Conſtitutionis Eccleſiaſticæ ſupra allegatis.

§. 13. Nec eſt, quod mihi regerat aliquis, eſſe cauſas nonnullas, quarum deciſio ad Superintendentes pertineat, illasque male ad ſe trahere Conſiſtoria Eccleſiaſtica, idq; apparere ex verbis der Erledigung der Landes gravam. *tit. Conſiſtorial-*Sachen. *n. 8.* Es ſollen zum achten diejenigen Sachen/ ſo vermöge der Generalien und Policey-Ordnung vor die Superintendenten zu deren Deciſion gehören/ ohne der Partheyen Willen/ zu Verhütung Unkoſten/ nicht vor die Conſiſtoria gebracht werden. At vero vocabulum deciſionis non ſemper denotat ſententiam judicialem, ſed ſæpiuſcule talem litis finem

nem, qui per transactionem imponitur, quomodo decidere cum Creditore est super debito transigere, *l. 59. ff. de administr. & peric. tutor.* Dum ergo facit Superintendens in causis leviusculis, ut partes litigaturæ paciscantur inter se & transigant, hoc ipso decidere causam jure optimo dicetur: Nec indignari poterunt Superintendentes, sic ubi partes ipsæ decisionem eorum expetere nolint, propter verba, quæ habentur in textu allegato, ohne der Partheyen Willen/ut adeo in arbitrio partium sit, a Consistorio, an vero a Superintendente causam examinari & decidi velint, & in ipsius etiam Consistorii arbitrio stet ad Superintendentem remissio.

§. 14. Nec aliter accipi debent verba der Policey-Ordn. *de anno 1612. tit. Consistorial-*Sachen. *num. 7.* So werden auch die Consistoria sich darnach achten/ derer Sachen Cognition, so vor sie nicht gehörig/ sich eussern/ und in geringschätzigen Händeln/ welche leichtlich durch die Superintendenten erörtert werden können / die Schulmeister zu Verhütung Unkosten / nicht alsobald vor sich bescheiden. Querela fuit tum, uti ex verbis antecedentibus patet, daß die Schulmeister auf der Gottes-Häuser Unkosten sich in dem Consistorio zu Leipzig stellen müsten. Ista querela non a Superintendente quodam mota fuit, sed a nobilibus quibusdam, eum in finem, ut consuleretur ærario Ecclesiastico, quod sumptus litis subministrare oportebat. Ut ergo hoc ne fieret, relictæ sunt ludimagistrorum causæ leviusculæ decisioni Superintendentis, siquidem decidi ab eo per amicabilem compositionem possent. Ad eas enim solas restringi debere, ipsa constitutionis verba satis ostendunt, in qua & occasio, sive causa movens, attendi debet, & probe observanda verba (1) in geringschätzigen Händeln/ welche (2) leichtlich durch die Superintendenten erörtert werden können/ (3) die Schulmeister (4) zu Verhütung Unkosten/

U sten/

ſten/ (5.) nicht alſobald vor ſich beſcheiden. Et principalis ratio decidendi eſt, ut parcatur ærario Eccleſiaſtico.

§. 15. Ecquam ergo putabimus in his verbis Superintendentibus conceſſam inſtantiam? præſertim, cum Conſiſtoria neq; in iſtis ludimagiſtrorum cauſis leviuſculis prorſus excluſa ſint, ſed prohibitum tantum, daß ſie in geringſchätzigen Sachen die Schulmeiſter nicht alſobald vor ſich beſcheiden ſollen. Poſſunt ergo etiam de iſtis cauſis cognoſcere Conſiſtoria, ſi locum non inveniat compoſitio a Superintendente tentata, aut etiam ſi ipſæ partes a Conſiſtorio audiri malint, præcipue ſi id fiat ſine damno ærarii Eccleſiaſtici. Hoc enim quotidie contingere ſolet in Conſiſtoriis, ut gratis & ſine exactione ſportularum iſtiusmodi cauſæ audiantur, cum majores ſæpe expenſæ, uti compertum habeo, propter notionem Superintendentis faciendæ ſint, quam vel in Conſiſtoriis Eccleſiaſticis, vel judiciis ſecularibus, perquam ſumptuoſis cæteroquin, fieri ſoleant. Manet ergo, neque in iſtis leviuſculis Ludimagiſtrorum cauſis deciſionem Superintendentis talem eſſe, quæ procreare poſſit ſententiam judicialem vires rei judicatæ conſecuturam.

§. 16. Ut majorem fidem inveniant, quæ hactenus dixi, addam verba Bened. Carpzovii *ex Jpr. Conſiſt. lib. 3. def. 4.* quibus poteſtatem Superintendentis in cognitione cauſarum enucleate explicat. Sunt autem iſta *ſub num. 12. ſeqq. Num ergo juriſdictionem aliquam & poteſtatem jus dicendi in Clericos & Eccleſiæ miniſtros Superintendenti ac patrono competere dicemus? (Sequi enim hoc videbatur ex verbis Ordinationis Eccleſiaſticæ proxime, & ſupra etiam a nobis adductis) Multi equidem hoc ipſum ſibi perſuaſum habent, usque adeo, ut primam inſtantiam ſibi arrogare haud dubitent quidam Superintendentes, ſed contra rationem juris & intentionem Sereniſſimi*

mi Electoris: nec enim jurisdictio ullibi concessa est, vel Superintendenti vel patrono in Ecclesiæ ministros, sed tantummodo notio & cognitio de causis litigantium, non ad decidendum, sed amicabiliter componendum & transigendum; quippe cum processum juris dirigere extra forum haud liceat, quod certe Superintendenti tribui nequit, non seculare, ceu personæ Ecclesiasticæ minus conveniens, neque Ecclesiasticum, quod in solo Consistorio Clerici sortiuntur. Subsistat ideoque Superintendens in amicabili compositione, quæ si effectum haud sortiatur, ulterius progredi non debet, sed deferenda est causa ad Consistorium, in quo si partes omnem transactionem renuant, ad processum tandem juris devenitur. —— Et porro: *Ex quo perspicuum est de ulla jurisdictione gloriari haud posse Superintendentes, licet concesserim, quandoque ab illis de facto eam exerceri in causis & negociis leviusculis vel inscio Consistorio, vel paululum conniveute, quo lites de rebus minimis inter æditnos vel custodes eo citius sopiantur: Unde tamen ad jurisdictionem ordinariam vel Superintendentibus legitime competentem nil inferendum, &c.*

§. 17. Ex his principiis respondimus ex Consistorio Wittebergensi M. C. P. Superintendenten zu H. mens. Januar. 1687. Und weil wir auch wahrgenommen / daß Ihr in dieser Sache nicht nur beyde Theile gegen einander gehöret / sondern auch den Partheyen einen Bescheid publiciret / welchen Ihr pro re judicata halten wollet / Euch aber / der Ihr keine Jurisdiction zu exerciren / dergleichen zu thun nicht zustehet / So werdet Ihr ins künfftige in dergleichen und andern Fällen Bescheide und Weisungen / die rem judicatam nach sich ziehen sollen / den Partheyen zu eröffnen / euch enthalten.

§. 8. Frustra sunt etiam illi Superintendentes, qui putant, primam suam instantiam, quam sibi fingunt, præteri-

teriri a subjectis sibi pastoribus haud quaquam posse, sed debere omne negocium ad se primum deferri, antequam Consistorium imploretur. Ordinatio enim Ecclesiastica *tit.* wie ein Kirchen-Diener von den Consistorialn &c. §. Daß er auch. disertis verbis liberum relinquit Pastori, ad Superintendentem, an vero ad Consistorium negotium deferre velit: Und so sich was Irrung oder Mißverstand zwischen Ihm und anderen unsern Kirchen-Dienern/ Amtleuten/ Unterthanen/ oder Zugewandten zutrüge/ dasselbe an den Superintendenten/ oder unser Consistorium gelangen lasse/ und von ihnen sich Bescheids erhohle. Et videntur Superintendentes illi, qui talem sibi instantiam fabricant, suo marsupio magis, quam Ecclesiæ saluti consulere velle.

§. 19. Quæsitum nupere fuit in casu, quo ex sententia judicis effodiendum fuit cadaver jam sepultum, ut constare posset de lethalitate vulneris inflicti, quod ex illo defunctus diceretur, utrum ad sepulchrum istud aperiendum requiri debuerit consensus Superintendentis, qui suam istam præteritionem pro injuria interpretabatur? Et quidem si ex Jure Canonico res decidenda fuerit, consensum istum necessarium esse manifestum est. Sic enim statuunt Canonistæ plerique omnes, gaudere cœmiteria iisdem privilegiis & immunitatibus, quibus donata est Ecclesia. Alvar. Valascus *Consultat. 81. n. 1.* Gonzal. Svarez de Paz. *in prax. Eccles. tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 3. n. 33.* Joh. Azor. *Instit. moral. part. 2. lib. 9. cap. 8.* etiamsi cœmiterium non sit contiguum Ecclesiæ, sed ab ea separatum. Aug. Barbosa *de jur. Eccles. lib. 2. cap. 3. n. 63.*

§. 20. Eoque facit, quod cœmiteria plerumque conjungantur Ecclesiis, sicubi de immunitatibus agatur. Idque patet ex *cap. 5. X. de immunit. Eccles.* ubi dicitur: *Seculares judi-*

dices causas, ubi de sanguinis effusione & corporali pœna agitur, in Ecclesiis vel cœmiteriis agitare sub interminatione anathematis prohibemus: absurdum enim est & crudele, ibi judicium sanguinis exerceri, ubi est tutela refugii constituta. *Itemque ex c. 2. eod. in VI.* *Cessent in Ecclesiis earumque cœmiteriis negociationes, ---- omnis in eis secularium judiciorum strepitus conquiescat, nulla inibi causa per Laicos, criminalis maxime, agitetur: sint loca eadem a Laicorum cognitionibus aliena, &c.* Quod si jam consideretur, inspectionem cadaveris jam sepulti facere partem cognitionis & judicii criminalis, & de pœna corporali per consequentiam in ea agitari, vix quisquam admittet Canonista, dum tamen admittet, ut effossio cadaveris fiat sine consensu & permissione Episcopi.

§. 21. Præcipua vero istius immunitatis ratio videtur esse ista, quod sancta habeantur cœmiteria, propter consecrationem in illis factam. Persvasum nempe sibi habent, consecrationem istam, quæ ceremoniis sæpe valde superstitiosis peragitur, terræ sanctitatem aliquam conciliare, quæ deinceps defunctis corporibus communicaretur. Andr. Vallens. *ad tit. de sepultur.* §. 1. *n.* 5. De qua consecratione videri possunt, quæ tradit Joh. Seldenus *de synedr. lib. 3. cap. 15. & 16.* Quæ quamvis etiam apud veteres ceremoniis quibusdam paucioribus adhibita fuerit, sanctificandi tamen ista vis aut virtus credi tum non potuit, quod scil. templum aut cœmiterium ita consecratum divina quadam virtute præditum æstimari debeat. Imo vero putarunt veteres, & recte quidem, terram in sese omni sanctitate destitutam corpora sanctorum, quæ templa sunt Spiritus S. recipiendo sanctificari ac benedici, ita ut corpora terram, non terra corpora sanctificet. Vid. Andr. Rivet. *in Cathol. Orthod. tr. 2. q. 42.*

§. 22. Ex istis vero juris Canonici principiis resultat porro, jus sepulturæ impetrari debere ab Episcopo, Abbas Panormitan. & alii *ad c. penult. X. de sepultur.* Augustin Barbos. *de parochis part. 3. c. 26. n. 9.* Refertur enim istud inter jura Episcopalia. Ben. Carpzov. *Jurispr. Consistor. lib. 1. def. 10. & lib. 2. defin. 390.* Eaque propter ad Episcopi, & apud nos ad Consistorii Ecclesiastici congnitionem spectat decernere, quibus ceremoniis sepeliendi sint αὐτόχειρες, athei, hæretici &c. Id. Carpz. *lib. 2. def. 378.* Quod ipsum argumento est, magistratui seculari circa sepulchra & in cœmiteriis nullam omnino competere potestatem, neque adeo disponere eum posse, ut vel sepeliatur defunctus, vel effodiatur iterum, postquam sepultus fuit, ut taceam jam, etiam Gentilium Romanorum jure sepulchra ideo religiosa dici, quod omnium religione quasi consecrata sint, & in perpetuum diis Manibus data dicataque. Jacob. Guther. *de jur. man. lib. 3. c. 1.* Vnde & ædificia manium dicuntur *in l. 4. C. Theod. de sepulchr. viol.*

§. 23. Ex diverso vero si consideretur, effossionem cadaveris ideo institui, ut de lethalitate vulneris inflicti constet, & ut inquisito in vulnerantem aut verberantem majori cum dexteritate peragi queat, atque sic fieri possit, ut pœna corporalis decernatur in reum, negari non poterit, effossionem & inspectionem istam constituere partem judicii criminalis. At inter Canonistas certi juris est, & ita in praxi observatur, Clericum judiciis criminalibus, ubi pœna sangvinis decernenda est, interesse non posse sed irregularem fieri, per *c. clericis. 5. & c. sententiam. 9. X. ne clerici vel monachi secul.* quem articulum late explicat Prosper. Farinacius *fragment. criminal. part. 1. vocab. clericus. num. 369. seq.* Add. Claud. Espencæus *lib. 2. digress. 7.*

§. 24. Deinde repetendum est, quod supra dixi, Superinten-

rintendenti plane nullam competere jurisdictionem, nec prohibere eum adeo posse, quo minus ille, cui merum imperium competit, effossionis actum per sandapilarios, qui & ipsi sub jurisdictione magistratus civilis sunt, peragere queat. Accedit, quod ipsum jus sepeliendi, quatenus humationem seu compositionem cadaveris in terræ gremio denotat, sit juris gentium, nec aliter ad Ecclesiam pertineat, nisi quatenus cadaveri istud est hominis Christiani, ut honeste & cum ceremoniis homine Christiano dignis efferatur. Nec vero putandium, per extemptionem istorum locorum, & quod nullius esse dicantur, *in* §. *7. Inst. de R. D.* nullam omnino in ea competere potestatem Magistratui; contrarium enim ex ipsis articulis generalibus *num. 15.* patet, ubi magistratibus injungitur, non tantum, ut certi constituantur sandapilarii, sed etiam, ut sepulchra ad justam profunditatem fieri faciant, ibi: Soll jedes Orts Obrigkeit diese Verordnung thun / &c.

§. 25. Et ut maxime vel Superintendenti vel Ecclesiæ aliquam in cœmiteria jurisdictionem largiamur, non tamen alia erit statuenda, nisi illa, quæ bassa alias dicitur, & inferior est mero imperio. Merum enim hoc imperium nulla sibi apud nos Ecclesia vindicat; sine dubio ergo id competit magistratui civili. Expediti autem juris est, posse judicem superiorem in criminalibus delinquentem in loco, ubi alius habet jurisdictionem bassam, eo non implorato prehendere & captivum ducere. Carpzov. *pr. crim. q. 109. n. 84.* Atque hinc etiam puto, cadaver hominis occisi in cœmiterio repertum tolli autoritate ejus debere, qui merum tenet imperium, irrequisito plane Superintendentis consensu.

§. 26. Et in hunc sensum responderunt Dnn. Scabini Lipsi-

Lipsienses mens. Jan. 1687. an H. V. S. Ist jüngsthin Maria Hahmannin gestorben/ und es hat verlauten wollen/ als ob solcher Todes-Fall mehrentheils dahero/ daß Sie auff dem Hause S. alwo Sie in Diensten gestanden/ von einer Adelichen Frauen/ oder anderen Person mit Schlägen übel tractirt worden gerühret. Nachdem Ihr nun dadurch in der Sache Erkundigung einzuziehen euch bewogen / auch auff Vergünstigung des Amts-Verwalters zu Z. als welchem Amte über das Dorff N. allwo die Verstorbene begraben liegt/ die Ober- und Erb-Gerichte zustehen/ den Cörper auffgraben und seciren lassen/ hat der Pfarrer daselbst M. P. darüber sonderbar sich beschwert befunden / und daß diesfalls des Superintendentens consensus erfordert werden solle/ vorgeschützt / ---- Ob nun wohl/ daß auff dem Gottes-Acker dem Superintendenti die Gerichte zuständig/ der Pfarrer zu N. vorwendet/ auch nicht zu läugnen/ daß in gewissen Fällen/ wenn in Kirchen/ oder auff Kirch-Höfen etwas vorzunehmen/ solches mit des Superintendentis selbiger Diœces Vorwissen geschehen solle. Dieweil aber dennoch die Auffgrabung des todten Cörpers einig und allein wegen der nöthig erachteten Inspection geschehen/ diese aber dem Ober-Richter zukömmt / solchemnach auch die Auffgrabung von demselben / oder einem andern auff dessen Bewilligung geschehen kan/ einem Superintendenti regulariter keine Jurisdiction, also auch nicht über die Kirch-Höffe zusteht/ folglich in den Fällen/ welche alleine die Gerichte angehen/ nichts zu disponiren vermag/ überdies gegenwärtige Sache/ und da der Cörper schon etliche Tage in Grabe gelegen/ keinen Verzug gelitten; So hat die Ausgrabung des verstorbenen Cörpers ohne des Superintendentis Vorwissen mit Bestande wohl geschehen können.

CAPUT XVII.
De Poteſtate Clavium.

§. 1.

CLavis vocabulum vulgariter & in ſignificatu proprio denotat inſtrumentum, quod clauſa aperiuntur, aperta clauduntur. Inde claves regni cœlorum vocat Scriptura poteſtatem peccata ſecundum Chriſti mandatum vel remittendi, vel retinendi in terris, ut item ea in cœlis vel remiſſa, vel retenta ſint, inſtitutam a Filio DEI, commendatam Apoſtolis & ſub horum nomine univerſis Eccleſiæ miniſtris addita promiſſione de certitudine & efficacia externi miniſterii. Poteſtatem autem illam Chriſtus claves regni cœlorum vocat *Matth. XVI, 19.* quod, quemadmodum qui ingredi in aliquod conclave cupit, oſtium occluſum clave prius aperire neceſſe habeat, ita par neceſſitas ſit miniſterii Eccleſiaſtici, ſine quo DEUS ordinarie neminem in gratiam recipere, *2. Cor. V, 18.* neminem ingredi in regnum cœlorum velit, *Joh. III, 5.* David Rungius *diſp. Catechet. 18.*

§. 2. Duo autem ſub iſtis vocibus, *poteſtas Clavium*, continentur ſignificatus. *Unus* ſenſus eſt, quo poteſtas clavium accipitur pro virtute clavium, quam ipſæ habent, & qua regnum cœlorum aperire vel claudere poſſunt. Hæc eſt virtus verbi divini & Sacramentorum tanquam mediorum Spiritus S. efficacium, quam in ſuo uſu habent, ut claves, quæ extra uſum inſtrumentalem nihil vel aperire, vel claudere poſſunt actu ſecundo. *Alter* vero ſignificatus eſt, quo poteſtas clavium notat poteſtatem & officium non inefficax, ſed efficax, (unde & poteſtas appellatur) adminiſtrandi claves Eccleſiæ, aperiendo & claudendo, ligando & ſolvendo. Et hæc poteſtas data eſt Eccleſiæ. Has duas pote-

ſtates ita poſſent nominibus diſtingvi, ut poſterior miniſterium clavium dicatur: priori nomen poteſtas clavium relinquatur Sebaſt. Schmidt. *in faſcic. diſp. 12. §. 19.*

§. 3. Vti autem miniſterium verbi divini omnibus illis, qui curam animarum ſuſcipiunt, commune eſt: ita etiam poteſtas clavium omnibus illis & ſingulis competit. Duæ enim iſtæ claves Regni cœlorum, de quibus agit Chriſtus, juxta manifeſtam ſacrarum literarum definitionem ſunt Lex & Evangelium. Clavis ligans & occludens regnum cœlorum eſt lex, denuncians infidelibus & impœnitentibus iram DEI & perpetuam damnationem, h. e. claudens eis cœlum & aperiens infernum. Clavis ſolvens eſt Evangelium, quo abſolvuntur ſeu liberi pronunciantur a peccatis & damnatione omnes ii, qui de peccatis agunt pœnitentiam & in Salvatorem mundi Chriſtum Jeſum credunt. Dum ergo omnes Eccleſiæ miniſtri curam animarum habentes prædicationi verbi inſiſtere debent, idque verbum ex Lege & Evangelio conſtat, utraque clavis & ſolvens & ligans ex æquo omnibus Apoſtolorum in Eccleſiaſtico munere ſucceſſoribus commiſſa intelligitur. Vid. Ægid. Hunn. *de Eccleſ. part. 2. p. m. 277. ſeq.*

§. 4. Admodum appoſita autem eſt iſta poteſtatis hujus cum clavibus comparatio, non tantum, quod per eam cœlum claudi & aperiri poſſit dici, ſed etiam quod claves quodammodo ſimilitudinem habeant cum inſtrumentis carcerum, quibus homines vel in vincula conſtringuntur, vel e vinculis ſolvuntur, ut illis dici poſſint vincula vel ligari ſeu conſtringi, vel ſolvi. Ingreſſus ille in regnum cœlorum duo continet bona, & excluſio ab eodem duo mala. Quemadmodum enim ei, cui ingreſſus in regnum cœlorum conceditur, conferuntur bona privativa & poſitiva, ut a malis

malis liberetur, & bonis mactetur: ita eum, cui idem negatur, obruit pœna damni & ſenſus, ut cœlo excluſus & carceri incluſus, inque eo ligatus ſit. Seb. Schmidt *d. l.* §. 15.

§. 5. Claves iſtæ diverſimode ſe habent, pro ratione ejus, cui commiſſæ ſunt. Sunt enim vel privato in uſu, vel publico. Quilibet Chriſtianus claves habet ſibi commiſſas pro adminiſtratione privata, cum in caſu neceſſitatis abſolvere queat etiam Laicus, & fiat miniſter ac paſtor alterius: ſicut narrat Auguſtinus hiſtoriam de duobus Chriſtianis in navi, quorum alter baptizaverit ὀκατηχούμενον, & is baptizatus deinde abſolverit alterum. Vid. artic. Smalcald. *tit. de poteſt. & jurisd. Episc.* Dico autem, privatam hanc eſſe adminiſtrationem clavium, non publicam, quod illa, quæ publica ſunt, ad eum non pertineant. Quando vero coitur in cœtum Eccleſiæ publicum, & corpus Eccleſiaſticum conſtituitur, Eccleſiæ illi concreditæ ſunt claves ad publicum earum exercitium. Quia autem tota Eccleſia, ut eſt unum corpus, non poteſt commode poteſtatem iſtam exercere, ſolet ea in hanc rem miniſtros ſuos eligere, quibus publicam clavium adminiſtrationem committat, ita quidem, ut poteſtas ipſa clavium ſit & maneat penes Eccleſiam, executio autem illius poteſtatis fiat per miniſtros, qui reliquæ Eccleſiæ locum repræſentant, & commiſſum hoc exercitium exequantur nomine totius Eccleſiæ.

§. 6. Nec tamen putandum eſt, abſolutionem, quæ fit a miniſtro Eccleſiæ, eſſe tantum declarationem ejus, quod jam intus in pœnitente factum eſt, ſed omnino ſtatuendum, eſſe etiam efficax medium, per quod Chriſtus vere pœnitentibus confert, quod promiſit. Eſt enim abſolutio talis annunciatio remiſſionis peccatorum, quæ efficax ſit virtute Spiritus S. qui per illam offert, applicat & obſignat

remissionem peccatorum agentibus pœnitentiam & credentibus. Ministri Ecclesiæ realiter ligant & solvunt, non vero ligationem ac solutionem in cœlis factam tantum annunciant. Qui clavem accepit, ut solvat, & aperiat, ille non significat ab alio aperiri, sed ipse aperit. Ut baptizans aut prædicans verbi minister non tantum regenerationem indicat vel annunciat, sed re vera ut causa ministerialis per verbum & baptismum regenerat. *1. Cor. IV, 15. Gal. IV, 19.* ita absolvens non tantum præco est remissionis peccatorum; sed organum, per quod DEUS remissionem peccatorum operatur. Et claves, quas creditas sibi talis minister habet, vere aperiunt, non apertum tantum significant. Joh. Gerhard, *loc. de pœnit. n. 112.* Joh. Hülseman. *Breviar. cap. 9. n. 11.* Sam. Bened. Carpzov. *contra Masen. consid. 14. punct. 3.* Jo. Andr. Quenstedt *System. Theol. part. 4. cap. 12. sect. 2. q. 5.* Richard. Montacut. *de orig. Eccles. part. 2. cap. ult. n. 37. seq. pag. 470.*

§. 7. Duplicem autem clavem Christus commisit Ecclesiæ suæ, solventem & ligantem, ut quicquid ministri solvunt ac ligant in terris, sit etiam solutum ac ligatum in cœlis, *Matth. XVI, 19. XVIII, 18.* Utriusque usus magnam circumspectionem exigit, damit kein Pfarrer etwas in solchen Sachen unbedächtig/ oder unordentlich aus seinem eigenen Kopf vornehme oder handele/ sondern sich der allgemeinen Ordnung gehorsamlich verhalte/ daß Ihm in alle wege vor GOTT und seiner Kirchen verantwortlich/ und hierdurch viel und grossen Aergerniß vorkommen/ auch manche gewahr und Weitleufftigkeit verhütet werden kan/ uti habet Ordinatio Elect. Saxon. in den General-Artickeln *tit.* vom rechten Christlichen Bann/ §. Da sich aber. Meminerint enim Evangelii ministri, non absolutam sibi, sed secundum Christi mandatum admini-

stran-

strandam esse hanc potestatem.] Denn der Kirchen-Diener Gewalt sich weiter nicht erstrecket/ denn wie sie befehlich haben/ den Unbußfertigen ihre Sünden zu behalten: also sind sie auch hinwiederumb schuldig einen jeden bußfertigen Sünder/ so seine Sünde erkennet/ auff sein Bekäntnis zu absolviren. Ord. Eccles. *d. l. verb. anteced.*

§. 8. Potestas illa absolvendi exigit quidem judicium absolventis, nec tamen est judiciaria, adeoque nec absolutio dici judicium potest. Judicant nempe & judicare debent Sacerdotes de absolvendo, an se talem gerat, quales se jure divino jubentur gerere, qui absolutionem impetraturi sunt. Judicant etiam suo modo de absolutione, nempe, videri sibi, quod hunc hominem taliter confessum DEVS a peccatis absolverit, juxta tenorem promissionis *1. Joh. I, 9. Joh. III, 16.* Joh. Hülseman. *in manual. contr. Hager. disp. 9. n. 13.* ipsum tamen illud pronunciatum, si vel maxime judiciale aut judicatum dici deberet, ab alio judicio superiori dependet, ita ut Sacerdos non sit ordine primus, qui judicet, sed qui rem in foro poli judicatam, tanquam vicarius judex promulget, & confitenti applicet, ut hic certus sit, quantum ex parte DEI, peccata certo sibi remissa esse. Idem *ibid. n. 12.* Joh. Conrad. Dannhauer. *in Theol. conscient. part. 2. dial. 3. q. 5.* Hæc enim certitudo multo evidentior est penes eum, qui absolutus est, quam penes ministrum Ecclesiæ absolventem. Ex parte hujus enim hypothetice tantum certa est absolutio, quatenus ex argumentis probabilibus colligit, confitentem vere dolere de peccatis commissis, & firmam habere fidem in Christum; Ex parte vero illius, qui absolvitur, & ex probatione sui indubie novit, se habere fidem in Christum, eadem absolutio est absolute certa, sicut & remissio peccatorum absoluta infallibilitate ipsi potest esse cognita.

Henr. Höpffner. *in Isagog. de cœn. Dom. tr. pract. sect. 1. art. 2. cap. 6. aphor. 2. n. 2.* Monendi igitur sunt illi, qui absolutionem petunt, non cum homine, sed cum ipso DEO sibi negocium esse, in cujus conspectu illa agantur. DEUS, qui corda scrutatur, & cogitationes intelligit, falli non potest. Ministri vero tantum legatione funguntur, & sunt dispensatores alieni beneficii, quibus mandatum non est, ut corda scrutentur, sed ut iis, qui significant, se pœnitentiam agere, & Evangelio credere, annuncient remissionem peccatorum. Chemnit. *in Exam. Concil. Trid. pag. 393.*

§. 9. Claves istæ omnibus & singulis Ecclesiæ Pastoribus commissæ sunt, neque in iis præcipui quid habet Superintendens, nisi quod ejus consilium expetendum sit aliquando a Pastoribus sibi subjectis circa contumaces peccatores, quod πρεσβεῖν, illi jure Ecclesiastico competit. Utraque clavis cum judicio exercenda est, ne absolvatur condemnandus, & condemnetur absolvendus. Et multo tamen accuratius judicium exigit clavis ligans, quam solvens, quod valde horrendum sit excludi a communione fidelium & æternæ damnationi mancipari. Pœnitentibus & in Christum credentibus deneganda non est absolutio, etsi certitudo de vera pœnitentia penes sacerdotem non sit absoluta, quandoquidem sufficiat, sibi ita videri. In articulis generalibus nostræ Ordinationis Eccles. *sub tit.* von der rechten Christlichen Beichte. constitutum legitur: Es sollen aber die Pastores --- die Personen nach Gelegenheit zur Besserung vermahnen / und da sie solche zusagen / Ihnen die Absolution sprechen. Prolixius id exponitur in Decreto Synodali §. *29.* So viel auch vor den Beichtstuhl kommen / die sich vor arme Sünder erkennen / und bekennen / und um die gnadenreiche Absolution, auch Mittheilung des Heil. Abendmahls anhalten / dar-

ne-

neben Besserung des Lebens vor GOttes Angesicht zusagen/ denen allen und jeden sollen die Pfarrer und Diaconi die gebethene Absolution unwegerlich wiederfahren/ und Niemand auff eigen Erkäntniß trostloß von sich gehen lassen/ viel weniger ihre eigne Sachen da vorbringen/ oder sonsten mit den Beicht-Kindern im Beichtstuhl sich zancken/ und überwerffen &c.

§. 10. Non vero, ut clavem absolventem ipse unus adhibere debet Pastor Ecclesiæ, sicubi pœnitentem ante se habuerit peccatorum, ita etiam clavem litigantem adhibere debet ipse unus, sicubi incorrigibilis aliquis fuerit ex suis parochianis. Habet quidem unusquisque pastoruw & ministrorum Ecclesiæ hanc potestatem, ut ligare possint, & retinere peccata, sed illa potestas non est ab eo solo propria autoritate exercenda. In articulis generalibus, cum jussi fuissent Pastores in verbis supra allegatis pœnitentes & emendationem vitæ promittentes absolvere, talis deinceps sequitur instructio, quæ videtur similem potestatem Parochis concessisse circa clavem ligantem: Die aber in ihren Sünden unbußfertig verharren/ und sich nicht bessern wollen/ sollen zur Communion nicht zugelassen werden. Verum enim vero sequuntur verba mox alia, quæ usum clavis ligantis admodum restringunt, neque liberum relinquunt Pastoribus arbitrium, neque ex proprio judicio, procedere eos permittunt: Doch mit Ihnen nicht geeylt/ sondern die gradus admonitionum vorgenommen/ und also Niemand allein auff eigen Erkäntniß der Pfarrer vom heil. Abendmahl abgehalten werden.

§. 11. Sunt inter ministros Ecclesiæ nonnulli, tam protervi, ut potestate clavium in vindictam utantur, sic ubi a parochiano uno vel altero levi aliqua injuria affecti vel damnum in re familiari passi fuerint. Protinus tum insurgunt illi, & vel ex suggestu mirum in modum & sine modo para-

tra-

tragœdiantur, multisque suos, quos sibi fingunt nonnunquam, adversarios persequuntur execrationibus, vel etiam, ubi sua confessi fuerint illi, aut confiteri adhuc velint peccata, non dimittunt tantum sine absolutione, sine solatio, sed etiam diras eis dicunt & damnationem æternam annunciant. Justa istiusmodi tales animadversione perstringit B. Chemnitius *in harmon. cap. 92. pag. 1745. Verbi ministri*, inquit, *inprimis autem illi, qui ferventioris sunt ingenii, sæpenumero hac in parte peccant. Si quis auditorum apud ipsos de peccato deferatur, protinus in suggestum convolant, & nulla præeunte privata admonitione, licet delinquentem non nominent, sic tamen verbis depingunt, ut ab omnibus digitis monstrari, & dici possit: hic est. Aut si quis ipsos offendit, atque postea ad confessionem accedit, indignis modis ab ipsis excipitur, & sæpenumero ob caprinam lanam ab absolutione & communione arcetur, nullo præeunte arbitrorum judicio, nulla superiorum cognitione. Tales Pastores olim DEO gravem reddituri sunt rationem. Neque enim ipsi Domini sunt Sacramentorum, sed ministri, & claves regni cœlorum, tam ligans, quam solvens ita sunt ipsis concredita, non ut pro suo arbitrio iis abutantur, sed ut juxta præscriptum Christi singulis eas applicent.*

§. 12. Eosdem gravi invectiva persequitur, & verbis penetrantibus insectatur Ordinatio Ecclesiastica Electoralis Saxonica in den General-Artickeln *tit.* von rechten Christlichen Bann, pr. Da sich an vielen Orten in Städten und Dörffern die Kirchen-Diener eigenes Erkäntnis und Gewalts unterstanden, die Leute nicht allein von der Tauffe, Abendmahl und Heil. Absolution abzuhalten, sondern auch öffentlich in Bann gethan, und aus der Kirchen geschlossen, darinnen denn grosse Ungleichheit gehalten, daß etliche sich dessen nur in etlichen wenig Lastern, etliche aber in mehr Dingen und zuviel Fällen unterwun-

wunden/und ihre eigene Rachgier ausgelassen/ und ohne gnugsame Erkäntnis mißgebraucht/ die arme Gewissen darmit gepeiniget/ und Ihnen selbst grossen Wiederwill und Gefahr zugezogen und verursacht / welche vornehmlich gedachter Ordnung Christi zuwieder. Demnach in gehaltenen Synodis einhellig bedacht/ daß solches bey allen Kirchen-Dienern mit Ernst abzuschaffen/ und dergleichen hinführo mit denen Pfarr-Kindern vorzunehmen keinem gestattet werden soll. Denn von der Heiligen Tauffe und Heiligen Abendmahl / wie auch von der Heiligen Absolution Niemand abzuhalten/ noch viel weniger in Bann gethan werden soll / er sey denn impœnitens, das ist/ er erzeuge sich denn also/ daß er alle Vermahnung verachte/ und gäntzlich keine Besserung bey ihme zu hoffen sey.

§. 13. Duas hic facit species Serenissimus legislator, *unam*, Wenn einer von der Heil. Tauffe/ Heil. Abendmahl und Heil. Absolution abgehalten und zurück gesetzt wird: *alteram*, wenn er in Bann gethan wird. *Prior* a Canonistis dicitur excommunicatio minor, per quam quis a participatione sive perceptione Sacramentorum arcetur: *Posterior* vero excommunicatio major dicitur, per quam quis a communione fidelium, seu a corpore Christi, quod est Ecclesia, abscinditur. Anton. Dadin. Alteserra *ad c. 20. X. de V. S.* Et major quidem, prout ætate Lutheri usu atque exercitio Pontificum Romanorum invaluerat, appellatur in articulis Smalcaldicis *tit. 9.* pœna civilis, non pertinens ad ministros Ecclesiæ. Neutra species ab uno solo Pastore ex suo judicio & propria autoritate infligi debet, etsi jus excommunicandi ad omnes Pastores pertineat.

§. 14. Non obstante tamen Constitutione supra allegata repullulavit non unis vicibus illa corruptela, secundum quam ministri Ecclesiæ sua propria autoritate arcere so-

lent ab usu Sacramentorum suos auditores, ut justa inde in Comitiis provincialibus mota fuerit querela, uti fidem facit die Erledigung der Landes-*Gravam. tit. Consistorial*-Sachen. *n. 20.* So beklagt sich doch unsere getreue Landschafft/ wie heutiges Tages grosser Mißbrauch darinnen verspüret würde/ in dem die Priester meistentheils aus Privat-Affecten/ und wenn etwan ein Pfarr-Kind ihnen ihre offters denen Generalien zuwieder erhöhete Reditus und Accidentien nicht sobald abführet/ oder sonsten in secularibus nicht nach Willen lebt/ zu solcher Straffe greiffen/ die Pfarr-Kinder vom Beichtstuhle stossen/ und so lange davon abhalten/ biß sie dasjenige/ so sie auch wohl unbillich begehren/ gewilliget/ wodurch sie das/ was der grundgütige GOtt und Heyland aller Welt aus hertzlicher Liebe allen armen und gläubigen Sündern zu Trost eingesetzt/ gleichsam zu ihrem Gerichts-Zwang brauchen/ viel Gewissen/ so sie trösten solten/ aus angemaster Rachgier betrüben/ ja wohl etliche gar in Gefahr ihrer Seligkeit/ und Verzweiffelung setzen.

§. 15. Quid vero faciendum Pastori, qui talem inter auditores suos habet, quem salva conscientia a se absolvi posse negat? Ibi tum post iteratas admonitiones Superintendentis primum implorandum est auxilium, idque si & ipsum parum profecerit, denunciandus est reus Consistorio Ecclesiastico. Methodum hanc præscripsit Serenissimus Elector Saxoniæ in dem *Synodal-Decret. n. 29.* Vermeinten aber die Pfarrer/ und wüsten/ das solche Leute in ihren Kirch-Spiel wären/ denen sie mit guten Gewissen die Hand nicht auffzulegen getrauten/ so sollen sie beyzeiten solche Personen erinnern und warnen/ die gradus gegen sie gebrauchen/ und wenn sie der Personen nicht mächtig seyn können/ die Sache an ihre Superintendenten gelangen lassen/ welche entweder die Parteyen selbst der Admission halber nothdürfftig bescheiden/ oder da sie zu der suspen-

Suspension gnugsame Ursach befinden / sich aus unsern Consistoriis, darunter sie gehören / resolution erhohlen werden.

§. 16. Etsi vero in tali casu Pastores ad Superintendentem suum amandentur, si quando sua non sufficiens fuerit in admonendo diligentia, Superintendens tamen nec ipse quidem potestatem habet arcendi aliquem ab usu Sacramentorum, nisi in habitu, quatenus ei facultas competit, tale quid faciendi, nisi per legem Ecclesiasticam impediatur. Diserte id asseritur in der Erledigung der Landes *Gravam. tit. Consistorial*-Sachen. *n. 20.* Wann aber vermöge angezogener Generalien darbey wir es allerdings verbleiben lassen / weder denen Superintendenten noch andern Priestern zukomt / vor sich / und nach ihren eigenen Gutdüncken die Pfarr Kinder von der Heil. Tauffe / Absolution und Abendmahl abzuhalten / sondern vielmehr bey verspürten Sünden und Lastern / (nicht aber in ihren privat Sachen) die darinnen vorgeschriebene gradus admonitionum zu gebrauchen / und sodann die Sache auff unserer verordneten Consistorien Ausspruch / lediglich zu stellen. So ist unser ernster Will und Meinung / daß keiner von den Geistlichen bey Verlust seines Diensts / oder anderer hohen Straffe / ohne gehaltene Verhör / aus unsern Consistorien erfolgten Erkäntnissen / eines seiner Pfarr-Kinder von der Tauffe / Beichtstuhl und Abendmahl stossen / und da sich einer eines widrigen anmasset / der gesetzten Straffe erwarten solle.

§. 17. Hac ratione fibula injecta fuit infrunitæ Pastorum licentiæ, qui clavium potestate abutuntur, & propter res temporales miseris peccatoribus absolutionem sæpenumero denegant. Nec est, quod objicere quis velit, potestatem clavium ita esse ministrorum Ecclesiæ propriam, ut eam exercere nemo possit alius, nisi cui traditæ illæ fuerint, & tales esse solos Ecclesiæ ministros. Jam supra enim dixi,

toti Ecclesiæ creditas a Salvatore Christo esse istas claves, non uni & soli ministerio; Ecclesiam autem administrationem earum commisisse & commendasse ministerio. Quod si igitur administratio talis vitiosa fuerit, & ministerium potestate hac sibi concessa abutatur, poterit Ecclesia reliqua correctionem adhibere, & quod improbe actum est, emendare, idque facit apud nos per Consistoria Ecclesiastica, quæ in hac re Ecclesiam repræsentant. Et quia ad ipsum etiam Principem spectat cura disciplinæ Ecclesiasticæ, cujus partem facit potestas clavium, non poterit ille nec debet ad ejusmodi corruptelas connivere, sed vi majestatis, qua pollet, quæque ad sacra simul & profana se extendit, tenetur pravos istos usus & legibus interdicere & pœnis coërcere.

CAPUT XVIII.

Superintendentibus non competere potestatem propria autoritate quenquam excommunicandi.

§. I.

CApite antecedente distinximus excommunicationem cum Canonistarum Scholis in minorem & majorem, & neutrius exercitium soli alicui Pastori relinquendum diximus. Et de minor, quidem sufficienter hactenus verba fecimus. Addamus nunc aliqua etiam de majori, cujus exercitium minus certe permittendum est Superintendentibus, ne dum Pastoribus cæteris. *Summum futuri judicii præjudicium* dixit Tertullianus *apolog. c. 39. si quis ita deliquerit, ut a communicatione orationis, & conventus, & omnis sancti commercii relegetur*. Et quis vero non exhorrescat, ubi legerit antiquas excommunicandi formulas, quales nonnullas recenset Regino

gino Abbas Prumiensis *lib. 2. de Ecclef. difcipl. n. 407. feq.* alias Johannes Seldenus *de Synedr. lib. 1. cap. 10.* quibus addi poteft Joh. Mabillonius *de re diplomat. lib. 2. cap. 8.*

§. 2. Anathema dicunt taliter excommunicatum, quanquam fint, qui inter anathematifmum & excommunicationem differentiam faciant, tale difcrimen inter has five pœnas, five cenfuras ftatuentes, quod excommunicatio major feparet a fraterna focietate & confvetudine; minor a Sacramentorum perceptione tantum, non a confortio fratrum; at anathematifmus refcindat & avellat ab ipfo corpore Chrifti. Jacob. Cujac. *ad c. 10. X. de judic.* Eoque collimaffe videtur Georgius Blacuellus emiffarius Romanus, cum in Anglia de juramento fidelitatis ab Rege exacto examinaretur, uti teftantur ejus acta *quæft. 2. n. 39.* Vti ex Scriptoribus Ecclefiafticis colligere licet, anathema utplurimum fignificat exclufionem a communione, non quamvis, fed eam, quæ cum execratione & maledicto decernitur. Nec omnes, qui propter delictum a fidelium communione & ab ingresfu in Ecclefiam abftinere jubebantur, anathemate damnari dicebantur, uti conftat exemplo pœnitentium; fed illi proprie anathemata erant, qui omni convictu, colloquio, confortio precum & falutatione fidelium indigni habebantur, & omni prorfus communione interdicti erant. Carol. du Frefne *in gloffar. vocab. anathema.* Plerique tamen hodie anathematifmum & excommunicationem majorem pro iisdem habent.

§. 3. Talis autem tantique præjudicii cum fit pœna ifta Ecclefiaftica, ipfa ejus gravitas monet, non temere; neque ex levi caufa decerni eam debere. Idque canones paffim inculcant, imprimis Concilium Meldenfe *can. 56. Nemo Epifcoporum quemlibet fine certa & manifefta peccati caufa, communione*

privet Ecclesiastica. Concilium Aurelianense V. *can. 3. ut nullus Sacerdotum quenquam rectæ fidei hominem pro parvis & levibus causis a communione suspendat, præter eas culpas, pro quibus antiqui patres ab Ecclesia arceri jusserunt committentes.* Addidit pœnam Concilium Agathense *c. 3. Episcopi vero, si sacerdotali moderatione postposita innocentes aut minimis causis culpabiles excommunicare præsumpserint, aut ad gratiam festinantes recipere fortasse noluerint, a vicinis Episcopis cujuslibet provinciæ literis moneantur, &, si parere noluerint, communio illis ad tempus Synodi a reliquis Episcopis denegetur, ne fortasse propter excommunicatoris peccatum, excommunicati longo tempore præveniantur.* Vti ex M. S. exemplaribus emendat Franciscus Bosquetus ad Innocentii III. *epist. 27. lib. 1.*

§. 4. Et ex his principiis objurgabantur frequenter Episcopi aut a superioribus suis, aut ab æqualibus, si temere fulmen istud excommunicationis evibrassent. Reprehendit id in Hilario Arelatensi Episcopo Leo Papa Romanus *Epist. 98. Nulli*, inquit, *Christianorum facile communio denegetur: ad indignantis fiat hoc arbitrium Sacerdotis, quod in magni reatus ultionem invitus & dolens quodammodo debet inferre animus vindicantis. Cognovimus enim pro commissis & levibus verbis quosdam a gratia communionis exclusos & animam, pro qua Christi sanguis effusus est, irrogatione tam sævi supplicii sauciatam & inermem quodammodo exutamque omni munimine, diabolicis incursibus, ut facile caperetur objectam. - - - - Sed quid mirum, eum in laicos talem existere, qui soleat sacerdotum damnatione gaudere? &c.* Sic & Alcimus Avitus Episcopus Viennensis *in epist. 61.* Constantium Episcopum corripit propter excommunicationes præcipitanter inflictas. *Illud tamen*, inquit, *quasi amor tuus suggerere ac monere præsumo, ne propter leves causas & non ad Deum,*

sed

sed ad seculum pertinentet, ne Laici quidem, non dicam clerici, sancta communione priventur, quia nescit, cujus dignitatis sit ipsa communio, qui non eam, omni animositate seposita, & cum magno dolore suspendit, & cum maxima festinatione restituit. Et Stephanus Tornacensis *epist. 129.* conqueritur de Episcopo Sylvanectensi, quod is sine justo examine causæ aliquem anathemate percussisset: *Ordo judiciorum*, inquit, *multis excogitatis vigiliis a quibusdam hodie Romanæ Ecclesiæ Rectoribus turbatur, qui sacris canonibus aut nec lectis aut neglectis, non minus sunt in sententia præcipites, quam in executione crudeles. Sine vocatione ligant, sine delectu excommunicant, sine cognitione condemnant, &c.*

§. 5. Vt vero intra modum continerentur, quæ creberrime olim decernebantur, excommunicationes, neque extra officium evagarentur nimis, aut vindictæ studio ad ejusmodi desperatas causarum figuras provolarent Ecclesiæ ministri, etiam seculare brachium adhibere oportuit. Prohibuerunt igitur ipsi etiam Imperatores, editis constitutionibus, ne temere quis & sine justa causa quenquam excommunicet. Sic enim Justinianus Imp. *novell. 123. c. 11. Omnibus autem Episcopis & Presbyteris interdicimus segregare aliquem a sacra communione, antequam causa monstretur, propter quam sanctæ regulæ hoc fieri jubent. Si quis autem præter hoc a sancta communione quenquam segregaverit, ille quidem, qui injuste a communione segregatus est, solutus excommunicatione a majore sacerdote sanctam mereatur communionem. Qui vero aliquem a sancta communione segregare præsumpserit, modis omnibus a Sacerdote, sub quo constitutus est, separabitur a communione, quanto tempore ille perspexerit, ut quod injuste fecit, juste sustineat.* In Capitularibus Karoli Magni *lib. 1. cap. 142.* brevissima hæc habetur

sen-

ſententia: *Ut excommunicationes paſſim & ſine cauſa non fiant.* Sic & Leo Philoſophus *in l. 30. C. de Epiſc. & Cler.* (hujus enim, non Leonis Thracis, eſſe iſtam conſtitutionem, oſtendit Johannes Seldenus *lib. 1. de Synedr. cap. 10.*) Epiſcopis *interdicimus, ne quem a ſacroſancta Eccleſia ſeu communione ſegregent, niſi juſta cauſa probata ſit. Qui vero citra probationem hanc ſegregat, a ſacra communione quoddam ad tempus arcetur.*

§. 6. Laudabile iſtorum Imperatorum exemplum ſecutus Sereniſſimus Elector, ſuarum eſſe partium arbitratus eſt, hic etiam Legislatoriam ſuam poteſtatem exſerere, & certam methodum, ſecundum quam excommunicatio fieri debeat, præſcribere. Totus proceſſus continetur in articulis generalib. *tit.* vom rechten Chriſtlichen Bann. Inter alia provocat ad ſuam ſibi a DEO conceſſam poteſtatem, atque eam ad hoc quoque argumentum ſe extendere præmittit: Und als wir von GOtt unſer befohlen Amt/ Obrigkeit und Regierung durch die Gnad des Allmächtigen ie gern unſers beſten müglichſten Fleiß dahin richten wollen/ daß allerley Sünd/ Laſter/ Ubelthaten und Aergernis/ ſo viel bey dem verderbten Menſchlichen Geſchlecht hie auff Erden müglich/ verhütet und vertrieben werde/ und denſelben fürzukommen oder zu wehren/ uns nicht allein die weltlich/ ſondern auch itztgemeldte Kirchen-Straff/ aus Göttlicher Verordnung und Stifftung/ gegen den ärgerlichen Sünder und Mißhandlern/ zu gebrauchen/ und zu verrichten befohlen iſt. Nec vero diſputare hic neceſſe eſt, utrum excommunicatio inter pœnas civiles referri debeat, de quo argumento videri poteſt Hermannus Conringius *ad Lampad, part. 1. §. 27.* Sufficit noſſe, excommunicationem, quatenus ad diſciplinam externam pertinet, Principis, qui utrius-

utriusque tabulæ custos est, imperio subjacere. Interim certum est, etiam apud nos plerumque jungi pœnas aliquas civiles, als daß der Amtmann / Erb- oder Gerichts-Herr der ausgeschlossenen Person alle Hochzeit und andere ehrliche Gesellschafft/ auch alle Wehr verbieten soll / uti habetur in dicta Ordinatione Eccles.

§. 7. Cautum ergo voluit Serenissimus Legislator, ne Pastores ex sua autoritate in quenquam per excommunicationis fulmen sæviant, aut a communione fidelium segregent, nisi probe perspecta & a pluribus examinata causa. Verba *cap. anteced.* recensuimus, inter quæ præcipua sunt ista: Denn von der Heil. Tauff/ und Heil. Abendmahl/ wie auch von der Heil. Absolution Niemand abzuhalten/ noch viel weniger offentlich in Bann gethan werden soll / er sey denn impœnitens, das ist/ er erzeige sich denn also / daß er alle Vermahnung verachte/ und gäntzlich keine Besserung bey ihm zu hoffen sey. aut sicuti talis impœnitens in sequentibus verbis iisdem coloribus describitur: Wenn der Unbußfertige alle Vermahnungen verachtet/ und vorsetzlich in offentlichen ärgerlichen Sünden und Lastern verharret/ und davon nicht abstehen will.

§. 8. Non potest ergo quisquam excommunicari, nisi præcesserit causæ cognitio, & quidem a pluribus. Urgebatur Ivo Episcopus Carnotensis exhibitis etiam eam in rem literis Apostolicis, ut Comitem Rotrocum propter munitionem, quam injuste fecisse dicebatur, excommunicaret. Ipse vero *epist. 169.* his verbis respondet: *cum ipse Rotrocus paratum se dicat, ut ad audientiam Domini metropolitani, vel nostram, vel comprovincialium Episcoporum congruo tempore & loco veniat, & secundum justum judicium de objectis satisfaciat. Ego itaque servato legum tramite nolo quenquam more sicariorum sine audientia punire: nolo Sathanæ tradere, donec vel audientiam sub-*

terfugiat, vel judicium contumaciter respuat. &c. Et *epist. seq* *170. pendente negocio quamlibet humilem personam lege prohibente excommunicare non audeo, nec Apostolicus cum ad hanc excommunicationem nobis præsentibus multis persuasionibus urgeretur, aliter fieri voluit: qui literis suis nos, qui vicini eramus, admonuit, ut rei veritatem investigaremus, & cognita veritate sententiam non præcipitaremus, sed sicut debet officium nostrum servato legum tramite rebellium inobedientiam ulcisceremur. &c.*

§. 9. Pertinet huc B. Augustini sententia, quam adducit Hincmarus Episcopus Remensis *in Epist. ad Episcopos & Proceres provinciæ Remensis*, quæ extat *tom. 2. edit. Sirmond. n. 9.* ubi quærit, cur S. Martinus & S. Ambrosius non excommunicaverint invasores Imperii? *Nos*, inquit Augustinus, *à communione quenquam probibere non possumus, quamvis hæc prohibitio nondum sit mortalis, sed medicinalis, nisi aut sponte confessum, aut in aliquo sive seculari, sive Ecclesiastico judicio nominatum atque convictum. Quis enim sibi utrumque audeat assumere, ut cuiquam ipse sit accusator & judex? ---- Quibus verbis satis ostendit, non temere & quomodolibet, sed per judicium auferendos esse malos ab Ecclesia communione: ut si per judicium auferri non possunt, tolerentur potius, nec perverse malos quisque evitando, ab Ecclesia ipse discedens, eos quos fugere videtur, vinciat ad gehennam &c.* Et recte proinde a Leutherico Archiepiscopo Senonensi ad examen revocata fuit excommunicatio, quam Guidoni alicui indixerat Fulbertus Episcopus Carnotensis, uti constat ex ejusdem Fulberti *epist. 60.*

§. 10. His vestigiis insistens Serenissimus Saxoniæ Elector noluit a Pastore, & nec a Superintendente quidem propria autoritate excommunicationem decerni, Dami

hie

hierinnen nichts unordentliches / auch nichts privato judicio, sondern alles besserlich und erbarlich gehandelt werde/ uti habet Ordinatio Ecclesiastica. Ecclesiæ enim uti claves Regni cœlorum creditæ sunt; ita etiam per Ecclesiam, hoc est, per eos, qui ad gubernationem Ecclesiæ sunt constituti, negocium hoc expediri debet. Vid. Gisbert Voet. *politic. Eccles. lib. 1. cap. 2. n. 1.* Ista namque potestas quoad exercitium non penes unum aut alterum ministerium residet, sed penes totum istud Collegium, quod ex pluribus Ecclesiam repræsentantibus constat, quos Scriptura seniores frequenter, Christus Ecclesiam, Paulus presbyterium, Patres Senatum Ecclesiasticum nominant. Neque ex plebis promiscuo judicio & temere prolata sententia, sed ex τῶν προεστώτων pia & prudenti deliberatione, atque omnium circumstantiarum attenta consideratione, & accurata rerum omnium circumspectione, administratio hæc exerceri debet. Sic enim & Paulus, Apostolica licet autoritate omnes Ecclesiæ προεστῶτες antecelleret, tamen incestuosum Corinthium traditurus Satanæ, inquit: *Vobis & meo Spiritu in nomine Domini congregatis, 1. Cor. V, 4.*

§. II. Quin & ab hoc Senatu non illico ad anathemata properandum, sed certis gradibus procedendum & lento pede progrediendum est, exemplo ipsius DEI, cujus μακροθυμία vere admiranda est, dum hominem peccatorem infinitis flagitiis contaminatum, & sibi prorsus adversum immensa sua gratia participem facere omnibus modis cupit, & ut ad salutem æternam revocet, ex ipsa sua divinitate exhibet remedium. Sed nec in quosvis Christianos peccantes excommunicatio decerni debet, verum illos demum, qui palam flagitiosi sunt, qui pertinaciter in flagitiis suis persistunt, neq; ulla ratione alia ad frugem reduci possunt,

Imitandi hic sunt Medici & Chirurgi, qui ad ustiones & sectiones haud progrediuntur facile, nisi extrema id postulet necessitas, & alia remedia omnia sanando morbo minus sufficientia sint. Præcedant ergo crebræ admonitiones, non a Pastore tantum, qui curam animæ habet, iteratæ; sed ab aliis etiam ad eam rem destinatis. Quæ admonitiones & correptiones ad hoc maxime faciunt, ut vel ad æternam salutem promoveatur peccator, vel ut in judicio Dei omnes excusationes impœnitenti adimantur.

§. 12. Quæ in nostris his Ecclesiis Saxonicis circa hoc argumentum observari debeant requisita, dilucide exponuntur in Ordinat. Eccles. *tit.* von rechten Christlichen Bann. Nemlich / so eine Person / Mann oder Weib mit einem offentlichen Laster (1.) dermassen verhafftet / daß es unverneinlich / notorium, oder beweißlich / und (2.) von unsern Amt-Leuten / Erb-oder Gerichts-Herren vermöge unser Policey-und Landes-Ordnung / gestrafft / und doch über dasselbe (3.) keine Besserung erscheinet / so soll sie anfangs (4.) von ihren Pfarrer insonderheit / und mit allem Fleiß dahin ermahnet werden / daß sie von ihrem ärgerlichen Leben abstehe / und einen Christlichen Wandel führe. Da nun hierüber keine Besserung folget / soll der Pfarrer solches (5.) seinem Superattendenten berichten / welche beyde alsdenn (6.) neben und mit zweyen Politischen Personen desselben Orts die ärgerliche Person beschicken / und ihr abermahls sämtlich mit Ernst ihre Untugend untersagen und zur Besserung vermahnen. Da das auch nicht helffen wolte / die bemeldten Superattendens, Pfarrer und zweene Verordnete / solches alles (7.) dem General-Superintendenten desselbigen Gezircks förderlich schrifftlich fürbringen / derselbe folgends die Handlung ferner (8.) an unsere Consistorialen gelangen lassen / damit die schuldige Person (9.) vor dieselbige erfordert / und

und für das letzt zur Besserung auff das ernstlichste ermahnet werden mag. Da nun solche Personen / unangesehen aller dieser Ermahnung/ Drauung und Straff / in dem Laster unbußfertig fortfahren / und dasselbige gnugsam erkundiget würde / alsdenn (10.) soll sie (die Person) von den Verordneten Personen in Ober-Consistorio und conventu Superintendentium, in gemeiner Versammlung/ so im Jahr zweymahl gehalten wird (doch alles mit unserm Vorwissen und Verwilligung) in die Kirchen-Straff erkannt/ und solche Erkäntnis auff folgende Weise promulgirt und ausgeruffen werden. Sequitur jam ipse processus, qui in excommunicatione observari debeat. Conferri potest ejusdem Ordinationis Ecclesiasticæ *titulus* von der *Visitation.* §. Soll er nichts &c. *seq.*

§. 13. Patet hinc, quam considerate versandum sit in hoc negocio, quibusque gradibus admonitionum utendum sit, antequam pœna ista Ecclesiastica, quæ certe gravissima est, decernatur. Atque isti admonitionum gradus fundati sunt *Matth. XVIII, 15. seqq.* Docet ibi Salvator, non facile hominem, qui nobis nocuit, aut peccatis suis proximum suum offendit, habendum pro deplorato & insanabili, sed servandos monendi gradus, ut primum solus adeatur, quo, si fieri potest, nullo conscio resipiscat. Si id non prodest, adsumendum amicum, unum, alterum atq; tertium, si forte eorum auctoritati cedat. Si neque tum obtineri emendatio ejus potest, dicendum id esse Ecclesiæ, sive toti congregationi, quod fieri potest, si non minus ampla sit & ad ferendum judicium idonea, sive præsulibus ac præsidentibus, ubi populo indicare, ejusque judicium expectare commodum non fuerit. Quod si neque Ecclesia suis admonitionibus aliquid profecerit, habendum esse velut Ethnicum & publicanum, quorum scil. familiaritate & convictu Judæi prorsus

abſtinebant. Conf. Doctorum ſententias, quas collegit Dav. Blondellus *de jure plebis in regim. Eccleſ. pag. 4. ſeq.*

§. 14. Etſi igitur clavium poteſtatem, uti ſupra diximus, omnibus paſtoralem animarum curam habentibus communem eſſe ſuo quodam gradu exiſtimemus; ad evitandas tamen infinitas excommunicationum procellas, quæ in omnes Eccleſias parœciasque alioqui irruerent ac redundarent, & intolerandas inde lites atque contentiones, imo etiam pugnas neceſſario conſecuturas, ſi cuivis presbytero pro arbitrio ſuo excommunicare quemcunque ſibi odioſum liceret, prudenter admodum ab ipſo Eccleſiæ fundatore Chriſto gradus illi præſcripti ſunt, & ad Eccleſiam tandem totum negocium referri jubetur, ut ex plurium ſententia, quo usque procedendum ſit, concludatur. Et quidem, cum ultimato Eccleſiæ denunciandus ſit impœnitens, ex intentione & ſcopo Chriſti colligitur, intelligi plures, quam ſunt duo vel tres, qui medium correptionis gradum conficiunt. Et hoc patet ex gradatione, quæ adſcendit a paucioribus ad plures, non deſcendit a pluribus ad pauciores. Vid. Joh. Hülſemann. *de corrept. frat. §. 15.*

§. 15. Nec Presbyteris ſolum interdicta eſt iſta excommunicandi poteſtas, ſed ipſis etiam Superintendentibus. Idque diſerte probant verba conſtitutionis *ſub tit.* von beyden Conſiſtoriis, *num. 10.* So viel aber die Straffe des Bannes belanget/ welche auch dem Conſiſtorio zu exequiren zugehörig/ ſoll das Conſiſtorium mit allem Fleiß und Ernſt darob ſeyn/ daß derſelbe in keinem Wege mißbrauchet/ und demnach kein Superintendens eigenes Willens/ oder Erkäntnis jemand/ ſo auſſerhalb/ oder in ſeiner Kirchen zu Gevattern gebeten/ von der Tauffe abſtoſſe/ das Hochwichtige Sacrament oder die Heil. Abſolution verhalte/ noch viel weniger ohne alle vorgehende ordentliche

liche Vermahnung offentlich in den Bann thue/ sondern hierinnen sich der Ordnung von der Kirchen Censur, wie an seinem Ort verfasset/ gemäß und gehorsam verhalten/ bey ernstlicher Straffe/ so sie hierüber zu gewarten/ daß sie derselben zuwieder gegen Jemand etwan unbedachts/ oder freventliches vornehmen würden. Etsi enim in altiore gradu constituti sint Superintendentes, & eorum potestas circa disciplinam Ecclesiasticam haud exigua sit, circumscripta tamen ea est, & intra certos limites comprehensa, quos egredi nullo modo licet.

§. 16. Sunt vero insuper ex constitutione Saxonica supra allegata probe notanda verba, **doch alles mit unsern Vorwissen und Verwilligung.** Quæ repetuntur infra, ubi de absolutione resipiscentis agitur, quod absolutio ea similiter cum præscitu & consensu Principis fieri debeat, **doch abermahls mit unsern Vorwissen und Verwilligung.** Quia enim Princeps partem Ecclesiæ constituit, & quidem, ut custos utriusque tabulæ, principalem, iniquum erit prorsus, si eo inconsulto membrum aliquod a corpore Ecclesiæ rescindatur, & Satanæ mancipetur. Accedit, quod excommunicatio tales plerumque habeat pœnas civiles, quas vel augere vel minuere, vel moderari jus est summæ civilis potestatis. Vt taceam jam, disciplinam Ecclesiasticam, ad quam excommunicatio pertinet, Principis regimini subesse, & ad ejus curam pertinere, ne quis illa abutatur, suæque nimis per eam indulgeat libidini. Vid. Conring. *ad Lampad. part. 1. §. 27.* Theod. Reinkingk *de Regim. Secul. & Eccles. lib. 3. class. 6. cap. 2. num. 25.*

§. 17. Et hæc est ratio, quod excommunicandi exercitium sibi soli vindicaverit Princeps, & inter reservata sua retulerit, neq; commune esse voluerit Consistoriis reliquis. Et sic namque pergit dicta Constitutio sub *tit.* **Von beyden**

Con-

rat. Quod cum animadvertiſſet Paſtor ejus loci, & metueret periculum animæ, in quod ſe conjiceret imprudens fœmina, a Conſiſtorio noſtro, quid ſibi agendum eſſet, certior fieri voluit, præſertim, cum ultra ſeptennium ea ab uſu Cœnæ Dominicæ abſtinuiſſet. Nos eam accerſiri fecimus, & cum die conſtituta comparuiſſet, omne id periculum, quod immineret, prolixis verbis expoſuimus, additis comminationibus, ſi in viam rectam revocari ſe non pateretur, metuendam ei eſſe pœnam haud paulo graviorem, excommunicationis nempe, cujus qui eſſent effectus, itidem ſufficienter explicavimus.

§. 19. Cum vero pertinacisſima fœmina neque precibus, neque admonitionibus noſtris locum dare vellet, & pervicacis ad omnia, quæ agitaſſet, animi eſſet, neque aliud reſponderet, niſi, quod neminem læſiſſet, nec ulla adeo deprecatione opus eſſet, facta relatione ad Principem tale accepimus Reſcriptum ſub dat. *d. 19. Sept. 1684.* Uns iſt euer eingeſchickter Bericht/ ſamt beygefügten/ und hierbey wieder zurückkommenden Acten, Titiæ Unverſöhnligkeit betreffend/ gebührend vorgetragen worden. Wenn denn daraus zu erſehen/ daß bey gedachter Titia, als einer unbußfertigen und boßhafften Perſon/ keine Beſſerung zu hoffen/ und weder Schärffe/ noch Gelindigkeit/ alles Zuredens und Ermahnens ungeachtet / fruchten will/ und dadurch die gantze Kirchfarth zu N. ſehr geärgert wird; Als iſt hiemit unſer Begehren/ Ihr wollet wider Sie/ nach Innhalt der Kirchen-Ordnung mit der Excommunication verfahren laſſen. Daran &c.

§. 20. Juxta hoc Reſcriptum ad Magiſtratum ſimul & Paſtorem loci literas dedimus, quibus ſecundum tenorem Ordinationis Eccleſiaſticæ modum excommunicandi præſcripſimus, his fere verbis: Ihr wollet eheſt auff einen Sonn-

tag gedachte Titiam nach geendigter Predigt im Chor der Kirche zu N. dem Kirch-Spiel öffentlich fürstellen/ Ihr der Pfarrer inliegendes Formular von der Cantzel ablesen/ darauff die fürgestellte Person durch den Custodem durch das Volck aus der Kirch führen lassen/ Ihr der Gerichts-Herr aber der ausgeschlossenen Titiæ alle Hochzeit/ Kind-Tauffe/ und alle ehrliche Zusammenkunfft verbiethen/ und den sämtlichen Eingepfarrten/ daß sie bey Vermeidung willkührlicher Straffe mit Ihr nicht umgehen/ noch Gemeinschafft haben sollen/ andeuten/ wie Ihr denn auch beyderseits einen sonderlichen Stuel in der Kirche bestimmen und verördnen werdet/ worinnnen die excommunicirte Person alle Sonn- und Feyertage zur Zeit der Predigt stehe/ diejenigen Sonntage aber da das Amt der Heiligen Communion gehalten wird/ soll der Küster sie allezeit nach der Predigt und Gebet vor Anfang des Heil. Abendmahls aus der Kirche durch das Volck hinausführen/ darüber Ihr der Gerichts-Herr Fest halten/ daß die aufferlegte Kirchen-Straffe ordentlich/ wie sichs gebühret/ vollstreckt werde &c.

§. 21. Eodem scil. modo in antiqua Ecclesia exesse jubebantur ante Eucharistiæ celebrationem pœnitentes. Absoluta enim sacrorum librorum lectione, cui adesse, quanquam diversis in locis, poterant promiscue omnes, cum Eucharistiæ Sacramentum celebrandum esset, per Diaconorum præconia dimittebantur catechumeni, energumeni & pœnitentes. Ita Dionysius, qui Areopagitæ nomen falso gerit, doctus tamen & antiquus Autor, *lib. 1. de hierarch. Eccles. Postea extra templi ambitum collocantur catechumeni, & una cum eis obsessi, ἐνεργούμενοι, atque pœnitentes, manent autem ii, qui divinarum rerum adspectu & communione digni sunt.* Et paulo post: *Catechumenos autem & energumenos, quique in pœnitentia sunt, sancta hierarchiæ mos patitur quidem audire sacram psalmo-*

rum

rum modulationem, divinamque sacrarum scripturarum recitationem, ad sacra ausem opera, quæ deinceps sequuntur & mysteria spectanda non eos convocat, sed perfectos oculos eorum, qui digni sunt.

§. 22. Mansit Titia, de qua supra dixi, excommunicationis vinculo innodata fere ad biennium, æque ut antea contumax, adeo, ut nec reconciliationem cum iis, quos offenderat, expeteret, neque ad sacras conciones audiendas persvaderi posset, donec tandem contumeliarum & calumniarum satur, suæque pertinaciæ pertæsa ad frugem redire, emendationem vitæ promittere, reconciliationem inire, & scandalum hactenus datum tollere, sacrisque conventibus interesse inciperet. Idque cum continuasset aliquandiu, nobisque nunciatum esset, facta denuo relatione ad Principem, tale accepimus rescriptum, *mens. Novemb. 1686.* Uns ist euer eingeschickter Bericht/ samt denen hierbey wieder zurück kommenden Acten, die excommunicirte Titiam betreffend/ vorgetragen worden; darauff ist hiermit unser Begehren/ Ihr wollet gedachte Titiam, daferne Sie des Gerichts-Herrn und Pfarrers Berichte nach rechtschaffene Reue von sich spüren lässt/ sich mit ihren Nechsten versöhnen/ und als eine Christin beweisen wird/ so dann zum Beichtstuhl und Heil. Abendmahl wieder zu lassen/ Verordnung thun. Daran &c. Et secundum hoc Rescriptum Titiam reconciliari fecimus & reduniri Ecclesiæ suæ, a qua hactenus per biennium fere abscissa erat.

§. 23. Talis fuit processus circa istam fœminam, qualis forte in his terris haud facile institui solet, quod crimina & delicta commissa plerumque a magistratu civili severiori pœna coërceantur. Neque Titia excommunicationi subjecta fuisset, nisi injuriam facere fortissime perseverasset, pœnamq; in foro civili dictatam tot vicibus pertinaciter elusis-

ſet, & obſtinate magis ac magis induruiſſet. Accedebat inſignis contemptus Euchariſtias, cujus uſum per integrum ſeptennium neglexerat, ideo tantum, quod veniam gratiamque injuriæ illatæ, & ſi quid porro eſſet peccatum, ab illis, quos offenderat, poſtulare grave ſibi duceret, neque agnoſcere ipſam ſuum delictum vellet. Et potuit quidem ea tandem per relegationem temporalem aliquamdiu ex oculis hominum ſubmoveri; ſed cum hac ratione periculum animæ, in quod ipſa ſua voluntate & præcipiti affectu nulla vi coacta ſe conjecerat, non ceſſaret, non male fecit Paſtor, qui ejus curam habebat, quod hac de re ſuperiores ſuos conſuluerit.

§. 24. Obiter noto, quando perſona excommunicata in hiſce terris ab honeſtis conventibus excluditur, & concives ejus ad nuptialia & alia convivia invitare eam prohibentur, quæ civilis quodammodo videtur eſſe pœna, non tamen interdici propterea quæ cum excommunicatis haberi ſolent commercia. Talia enim excipiuntur expreſſe in Ordinat. Eccleſ. *tit.* von rechten Chriſtlichen Bann. verbis: Alsbald ſolches durch den Pfarrer verrichtet / ſoll unſer Amtmann / Erb- oder Gerichts-Herr / wie es ihme von uns aus dem Synodo jederzeit / von jeder Perſon inſonderheit / befohlen wird / der ausgeſchloſſenen Perſon / alle Hochzeit / und andere ehrliche Geſellſchafft / auch alle Wehr verbiethen und darüber den andern unſern Unterthanen verkündigen / wo einer oder mehr befunden / ſo mit derſelben wiſſendlich in den ehrlichen Verſammlungen Zechen halten / die ſollen nach ihrer Gebühr geſtrafft werden / darnach wiſſe ſich männiglich zu richten. Doch ſoll ſolcher Perſon ihre weltliche Handthierung mit kauffen und verkauffen nicht abgeſtrickt ſeyn.

§. 25. Videntur haud paulo ſeveriores fuiſſe veteris Ec-

Ecclesiæ canones. In Concilii Vernensis *can.9.* legitur: *Et ut sciatis, qualis sit modus istius excommunicationis: In Ecclesiam non debet intrare, nec cum ullo Christiano cibum vel potum sumere: nec ejus munera quisquam accipere debet, vel osculum porrigere, nec in oratione se jungere, nec salutare, antequam ab Episcopo suo fuerit reconciliatus.* Nempe qui hac ratione cum excommuncatis communicabat, incidebat ipse in excommunicationem. Omnes igitur eos fugiebant, omnes ab eorum consortio abhorrebant: omnes execrabantur: male precabantur omnes, & velut καθάρματα omnibus modis aversabantur, nec quisquam erat, qui ἀποφράδας illos non extreme abominabatur, adeo ut cum iis rationes inire, aut rem ullam contrahere unusquisque nefas duceret, nemo eos salutaret, nemo adspectu, nedum colloquio dignos judicaret. Vid. quæ dixi *de Episcopis lib. 3. cap. 11. n. 56. seqq.*

CAPUT XIX.

Superintendentes non habere potestatem, propria autoritate deprecationem publicam vel injungendi, vel remittendi.

§. 1.

POenitentiæ publicæ leges, secundum quas reis venia non nisi longo & aspero luctu perfunctis indulgebatur, haud paulo duriores gravioresque primis Ecclesiæ temporibus fuerunt stetitque primis seculis iste vigor disciplinæ Ecclesiasticæ in laboriosissimis pœnitentiæ speciminibus per aliquot annos subeundis. Et hæc severitas in publicis criminibus exerceri solebat, quippe quæ etiam inter Christianos sæpenumero committebantur, & a magistratu, qui tunc nondum erat Christianus, non semper puniebantur. Ne igi-

tur Ecclesia ob quosdam manifestarios peccatores, male audiret inter gentes, & ne mala illa exempla vel infirmioribus offendiculo essent, vel contagio totum gregem inficeret, & ut alii spectaculis illis admoniti & absterriti a similibus criminibus sibi caverent, utque animus illorum, qui ad Ecclesiam redibant, exploraretur, an serio resipiscerent, (multorum enim levitate & simulata pietate decepta fuerat Ecclesia) ideo morem publicæ confessionis & pœnitentiæ magna cum severitate observabant. Chemnit. *in Exam. Concil. Trid. part. 2. p. m. 386.* Propterea etiam in pœnitentibus non minus, quam in clericis & ascetis exacta fuit vita non quovis modo Christiana, sed eximiæ cujusdam puritatis, ut tanto exemplo essent ad correctionem, quanto ad peccandum fuerant.

§. 2. Vt vero tutius cum peccatore agerent Patres prisci, valde asperam ac difficilem illi præscribebant vivendi rationem, quæ & ipsa pœnitentiæ nomen assumsit, quod pœnitentiæ sinceritatem declarare debeat. Atque hinc certi constituti erant pœnitentium gradus castigationibus quibusdam externis insigniti, secundum gravitatem & atrocitatem delicti commissi. Erant quidam χειμαζόμενοι, qui aliquandiu extra templum ante locum substrationis culpam suam deflebant, χειμαζόμενοι seu hybernantes ideo dicti, quod aëris injuriæ expositi procul ab omni tecto orarent. Inde fiebant προσκλαίοντες, admissi in locum fletus, qui πρόσκλαυσις dicebatur. Deinde ἀκρεώμενοι a loco stationis, qui ἀκρέασις in porticu vestibuli, ubi divinæ Scripturæ iis exponebantur. Dicebatur hic locus etiam νάρθηξ ferula, & pœnitentes οἱ ἐν νάρθηκι, non quod cæderentur, sed quod informarentur. Postea erant ὑπόπτοντες, locus ὑπόπτωσις, a porticu interior, ubi erant & catechumeni extra

tra ambonem. Erat enim paries quaſi intergerinus, quo a fidelibus catechumeni diſtinguerentur, & in eo poſitus erat ambo, ſeu pulpitum, quo evangelium audiri poſſet, pœnitentesque humi proſtrati manebant tamdiu, donec catechumeni ad conſecrationem corporis Chriſti exire ſimul jubebantur. Dehinc admittebantur ad orationes fidelium, ad σύστασιν, ut conſiſterent ibi, nec amplius cum catechumenis exire tenerentur. Quibus tandem ſequebatur μέτεξις ſive participatio Euchariſtiæ. Vid. Guil. Bevereg. *ad Concil. Nicæn. can 11.* Joh. Cabaſſut. *in notit. Eccleſ. diſſert. 8.* Chriſtoph. Juſtell. *ad Cod. can. Eccleſ. univ. p. 160.* Iſ. Caſaubon. *exercitat. 16. n. 43.*

§. 3. Nec tamen omnes pœnitentes ad omnes & ſingulos hos gradus condemnabantur, ſed alii ad hunc, alii ad illum, pro ratione criminum ab ipſis commiſſorum. Alii porro parvo tempore manebant in pœnitentia, alii diu. Vti enim peccatum aliud alio atrocius eſt & gravius, prout ea in comparatione conſiderat Thomas Hurtado *reſol. moral. tr. 1. cap. 8. reſol. 30.* Didacus Covarruvias *tom. 1. ad Clement. Si furioſus, de homicid. part. 2. pr. n. 6.* ita iniquum eſſet, ſi eadem ſeveritate promiſcue punirentur omnia. Pœna ex culpa & delicto debet commenſurari, & culpæ reſpondere, *l. 11. l. 13. ff. de pœn. l. 6. ff. ad L. Jul pecul.* adeoque ſi delictum eſt parvum, pœna debet eſſe modica. Aymo, Cravett. *conſ. 46. n. 15.* Sigiſm. Scaccia *de judic. l. 1. q. 58. n. 12.* Nec ergo ad χειμαζομένους ablegari debuit, qui in levi aliquo delicto etſi notorio deprehenſus fuiſſet. Ad quemcunque vero gradum condemnatus quis fuerat, ſtudioſe eum obſervabat, ne qua ratione exorbitaret, neve propterea eum Eccleſia impietatis & inobedientiæ argueret. Hinc & arma deponebant pœnitentes, etſi milites eſſent. Ivo Carnotenſ. *epiſt. 135.* ibique

Franc.

Franc. Juretus. & vestes mutabant, simulque carne & vino abstinebant. Cæsar. Arelatens. *homil. 1.* & ibi Stephanus Baluzius. talique generi vitæ adsvescebant, quod ascetico perquam simile esset.

§. 4. Vt prolixius nunc de argumento isto agamus, nostrum non patitur institutum. Videamus potius, quid in nostris Ecclesiis usu receptum sit. Est vero in his vestigium aliquod pœnitentiæ istius publicæ reliquum, quando scortatores & alii criminosi ad deprecationem publicam adiguntur, eum in finem, ut cum Ecclesia, cujus ipsi sunt membra, & quam per delicta sua graviter offenderunt, reconcilientur, & scandalum datum tollatur. *Scandalum* inquam, quod vocabulum proprie denotat offendiculum pedum, in quod si quis ambulando impingat, facile labatur, Inde translata est significatio ad actiones hominum, quæ spiritualis ruinæ occasionem præbere possunt. Addidi autem, ad id, ut deprecatio publica alicui injungatur, scandalum debere esse datum. Hoc namque exigit fides Christiana, ut neque verbo, nec opere ullam offensionis causam proximo tribuamus. Quod si aliquis ex actione nostra bona scandalum, ubi datum non est, accipere voluerit, id non nobis, sed sibimet duntaxat vitio vertendum est. Petr. de Marca *de concord. sacerd. & imp. lib. 3. cap. 15. n. 7.* Roger. Widdrington. *de juram. fidel. cap. 10. n. 9.* Nec ergo propter talem actionem injungi debet deprecatio publica.

§. 5. Est autem deprecatio publica actus, quo quis publice & verbis & simul factis interdum agnoscit & confitetur, per peccatum a se commissum & vulneratam conscientiam suam, & graviter offensam fuisse Ecclesiam, & propterea veniam ab ea petit, ut scandalum datum tollatur, & Ecclesia sibi reconcilietur. Dixi: & verbis & simul factis inter-

terdum deprecationem hanc peragi, eo quod solennia, quæ hic adhiberi solent, non sint uniusmodi, sed admodum varia, nec lege publica semper, sed consvetudine utplurimum introducta. Aliquando enim pœnitentes aliquot diebus dominicis ante fores templi sistuntur, baculos albos manibus tenentes. Quæ tamen pœna pro civili magis, quam Ecclesiastica habenda est, uti declaratur in den General-Articfeln *n. 10. §.* Wenn aber die Obrigkeit. ibi: und die Obrigkeit Jhme deßhalben andern zum Abscheu und Exempel / auch eine eusserliche Straffe aufferlegt / daß er vor der Kirchenthür mit einem weissen Stab / oder dergleichen etliche Sonntage nach einander stehen müsse / soll dieses nicht für eine Kirchen-Straff gerechnet / sondern wie es in der Wahrheit ist / für eine weltliche Straffe der Obrigkeit gehalten werden. &c. adeo, ut adhuc locum habeat & injungi possit deprecatio publica, quandoquidem eadem peccata, quæ ad forum seculare spectare noscuntur, pœnis etiam spiritualibus, quatenus spirituali saluti nocent, a judicio spirituali coërceri possunt. Roger. Widdrington *adv. Adolph. Schulken. §. 13.*

§. 6. Aliquando ille, qui reconciliari cum Ecclesia cupit, in certo templi loco sistitur, ut a toto cœtu conspici possit, & tum ad certas quæstiones, utrum agnoscat peccatum suum, utrum doleat de eo? utrum inire in gratiam cum Ecclesia desideret? & ejusmodi plures alias animi sui sensa explicare tenetur; idque si fecerit, admittitur iterum ad communionem & in gremium Ecclesiæ recipitur, simulque admonentur circumstantes, ut resipiscenti condonent, eumque pro recepto habeant, & preces pro eo fundant, neque se eodem modo seduci patiantur. Alicubi pœnitentes ad altare in genua procumbunt, dum interim nomine eorum deprecatio publica a ministro Ecclesiæ ex suggestu re-

citatur, vel saltem ultimum inter communicantes tenent locum. Alicubi nec nominatur quidem pœnitens, neque publice sistitur, sed nomine suppresso per ministrum Ecclesiæ animi sui dolorem ob admissum facinus & datum scandalum exponit, simulque veniam petit & intercessionem apud DEum, atque vitæ suæ emendationem promittit. Vid. Carpzov. *Jurispr. Consist. lib. 3. def. 83.* Atque istos ritus retineri debere, statutum fuit in decreto synodali de anno 1624. §. Und nachdem. ibi: **Wo aber das Abbitten von der Cantzel. it. das Knien vor dem Altar/das Stehen vor der Kirchen und dergleichen längst üblich gewesen** &c.

§. 7. Deprecatio talis vel invito injungitur, vel a volente fieri potest motu spontaneo. Vltima hæc rarior existit, quod pro pœna fere habeatur talis deprecatio, quam plerique omnes inviti subeunt. Et ut maxime talis aliquis contingeret casus, non puto tamen, permittendam eam esse, nisi autoritate Superiorum, cum perquam multæ hic subesse possint circumstantiæ, judicii non recti & atra bile corrupti, opinionis meriti, superstitionis præconceptæ, pietatis hypocreticæ, & ejusmodi aliæ, quæ deprecationem prorsus vitiosam reddunt. Quanquam negari nequeat, in primitiva Apostolicorum Virorũ Ecclesia, plurimos sese sponte subjecisse pœnitentiæ publicæ regulis. Nec renuebant tum propter dolorem internum, quem ex peccati deformitate & atrocitate conceperant, animi sui sensa per externas quasdã significationes manifestare, seq; lacrymis, jejuniis & aliis ejus modi signis indignos prædicare, qui ederent, biberent, aërem haurirent, dormirent, aliisque Dei beneficiis fruerentur.

§. 8. Vsitatior est altera & prior illa, quæ ut pœna invito imponitur. Etsi enim certa esse nequeat Ecclesia, deprecantem ex vera pœnitentia & sincero corde actum istum

ſtum peragere, quod qualitas iſta in animo conſiſtat, quem perſpicere nemo hominum poteſt; ſed quia ab externis ſignis conjecturam facere, & omnia in bonam partem accipere atque interpretari oportet, hinc adeo etiam de pœnitente ex geſtibus & moribus externis bene ſentire licet, habere eum animum rectum, & ſerio dolere ob peccatum commiſſum. Accedit, quod deprecatio publica hunc maxime finem habeat, ut tollatur & removeatur ſcandalum datum. Removeri autem id poteſt per ejusmodi actum pœnitentis aut deprecantis externum, quantumvis de ejusdem animo nihil omnino conſtet.

§. 9. Quia autem deprecationem iſtiusmodi per interpretem miniſtrum Eccleſiæ plerumque fieri diximus, an putabimus, deprecationem iſtam etiam injungi ab Eccleſiæ miniſtro poſſe? Minime vero, ſed etiam hoc caſu plurium judicium requirendum eſt, adeo ut nec Superintendentis quidem ſententia & conſenſus ſufficiat, ſed ad Conſiſtoria recurrendum ſit. Repetendum autem hic eſt, quod ſupra dixi, conſvetudine plerumque receptos & introductos eſſe iſtos deprecandi ritus. Quia autem non ubique recepta eſt deprecatio publica, nec ubi recepta eſt, iidem ubique obtinent ritus, ipſa etiam Conſiſtoria pro ratione locorum decreta ſua ad inſtantiam Paſtorum & Superintendentium formare tenentur.

§. 10. In civitate, pago aut loco, ubi haud introducta eſt deprecatio publica, ne quidem a Conſiſtoriis decerni ea poteſt, tantum abeſt, ut Paſtori loci, aut Superintendenti etiam quid liceat, ſed recurrendum tum eſt ad Principem & Conſiſtorium ſupremum, cujus hoc eſt reſervatum, inque ejus arbitrio ſtabit, utrum locum ea habere debeat, an minus, propter claram Conſtitutionem mox allegandam. Ra-

tiones reddit B. Carpzovius *in Ip. Consist. lib. 3. def. 84.* quarum præcipua videtur esse ista, quod ritus ille deprecationis publicæ pertineat ad ceremonias Ecclesiasticas. Ecclesiæ autem circa ceremonias cum libertate quadam versantur, quæ tamen ex certis prudentiæ atque caritatis legibus moderanda, & propterea ex ipso Principis Consistorio ea de re decretum petendum est. Eoque pertinet, quod dicitur in den General-Artickeln/ *tit.* von *Ceremonien:* Und keinem Kirchen-Diener gestattet werden/ derselben zuwider etwas Neuerung/ unter was Schein es auch geschehen mögte/ einzuführen/ darüber die Superintendenten und Adjuncten Aergerniß zu verhüten treulich halten/ und in ihren ordentlichen Visitationibus ihr fleißig Nachfragen jederzeit haben sollen.

§. 11. Vbicunque autem deprecatio publica introducta & recepta est, major tum & plenior reliquis Consistoriis competit potestas, eam vel decernendi, vel moderandi propter circumstantias, vel mutandi etiam in mulctam pecuniariam. Etsi enim a consvetudine recepta non facile recedendum sit, atque inde jus aliquod videatur Pastoribus acquisitum, quod reprehendi nequeant, si consvetudinem receptam tueantur, & observatam cupiant, maxime eam, quæ ad ædificationem facit; noluit tamen Serenissimus Legislator ministris Ecclesiæ, & nec Superintendentibus quidem hanc potestatem largiri, ut sine Consistoriorum præscitu atque autoritate injungere alicui deprecationem publicam queant, tum, ne ministri Ecclesiæ affectibus nimium indulgeant, severius, quam par est, in miseros homines animadvertendo, tum, ut in Consistoriis causa curatius ventiletur, & quatenus deprecatio ista admittenda sit, inter plures discutiatur. Accedit, quod deprecatio publica propter externos ritus pro pœna habeatur, quæ vi juris-

risdictionis imponi debet, qualis nulli Pastori, & nec Superintendenti quidem competit, uti supra diximus. Vid. B. Carpzov. *Jp. Consist. lib. 3. def. 85.*

§. 12. Constitutio Saxonica, ad quam provocavimus, in decreto Synodali de anno 1624. §. Und nachdem. ita se habet: Und nachdem wir vermercken/ daß die öffentliche Kirchen-Buß dererjenigen/ die wider das Sechste und andere Geboth sich gröblich vergriffen/ nicht an allen Orten/ sondern nur an etlichen gebräuchlich gewesen/ auch nicht einerley Art darmit gehalten/ überdiß bißweilen ohne Unterscheid der Delinquenten darmit verfahren worden/ woraus allerley Ungelegenheit nachmahls erwachsen und entstanden: So verordnen wir hiermit gnädigst/ daß kein Pfarrer/ noch Superintendens, befugt seyn soll/ an denen Orten/ da nicht vor seiner Zeit dergleichen Kirchen-Buß gebräuchlich gewesen/ solche anzuordnen/ und da gleich an unsere Consistoria etwas solches gebracht würde/ so sollen sie doch jederzeit mit unserm Vorbewust hierinnen handeln und decretiren. Wo aber das Abbitten von der Cantzel/ item das Knien vor dem Altar/ das Stehen vor der Kirchen/ und dergleichen/ längst üblich gewest/ da sollen dennoch die Pfarrer für sich selbst solche Straffe niemahls anordnen/ sondern alle Fälle an ihre Superintendenten/ und dieselben hinwiederum an die Consistoria berichten/ welche Macht haben sollen/ nach Befindung der Verbrechung/ und Beschaffenheit der Sachen entweder eine solche Kirchen-Buß/ oder an derselben Statt eine Geld-Straffe in das Gottes-Hauß zu verordnen.

§. 13. Vti vero Pastores & ipsimet etiam Superintendentes imponere nequeunt istam deprecationis pœnam, ita neque remittere aut condonare aut etiam mutare eam possunt pro arbitrio. Dum enim Consistoriis in verbis modo allegatis potestas illa concessa est, welche Macht haben sollen

len/ nach Befindung der Verbrechung und Beschaffenheit der Sachen entweder eine solche Kirchen-Buß/ oder an derselben Statt eine Geld-Straffe in das Gottes-Hauß zu verordnen/ facile hinc patet, Pastoribus & Superintendentibus eam denegatam esse. Agitatur ista quæstio in Consiliis Wittebergensibus *part. 4. pag. 88.* & negative deciditur, addita hac ratione: Die Straffe zu dictiren oder remittiren ist ein actus jurisdictionis, so einem Prediger nicht zustehet/ auch nicht denen Superintendenten/ sondern denen Consistoriis, wie denn die deprecatio publica mit eine Kirchen-Busse ist/ und in der Apolog. Aug. Conf. *artic. de pœnitentia.* eine jurisdictio genennet wird. &c.

§. 14. Nec quicquam facit in contrarium, quod recentius constitutum legitur in der Erled. der Landes-Gravam. *tit. Consistorial*-Sachen/ *num. 6. in fin.* Daß die Geistlichen die Kirchen-Busse/ wo solche hergebracht/ mit Vorwissen und Genehmhaltung der Superintendenten anordnen/ und keineswegs in Geld verwandeln/ im Fall sich etwas Bedenckliches darbey ereignet/ des Consistorii Anordnung einholen/ und derselben sich gemäß bezeigen sollen. Ad quæ verba provocatur in Decreto Synodali noviore, quod anno 1673. editum est, omissis illis verbis omnibus, supra ex antiquiore illo de anno 1624. adductis, ut adeo per noviorem constitutionem derogatum priori illi, & major potestas concessa Pastoribus atque Superintendentibus videatur. Sed enim correctio facta præsumi non debet, *l. 27. C. de testament.* nec intelligitur prior aliqua lex mutata per novam, nisi expresse & nominatim illud significetur, *l. 32. §. 6. C. de appel.* eo quod posteriores leges ad priores pertineant, nisi contrariæ sint. *l. 28. ff. de legib.* Hic autem nulla omnino occurrit contrarietas. Vtrobique jubetur Pastor suum Superin-

intendentem, & utrobique Superintendens Consistorium consulere. Neque captanda sunt verba, quod Consistoriales tum demum consuli debeant, si quod forte dubium occurrat, im Fall etwas bedenckliches sich darbey ereignet/quia non potest dari casus, quo non tale aliquid obvium sit, propter circumstantias varie incurrentes. Et si non alia, hæc tamen in omni casu attendi deberet, utrum mutari deprecatio publica debeat in mulctam pecuniariam? Id quod haudquaquam permissum est Pastoribus & Superintendentibus, sed unice Consistoriis.

CAPVT XX.

In causis matrimonialibus Superintendentem pro matrimonio facere posse; contra illud posse omnino nihil.

§. I.

QVi in veteri Ecclesia matrimonium inire & sponsalia contrahere volebant, Sacerdotem Ecclesiæ accedebant, & antequam desponsarentur, indicabant, cum qua persona contrahere intenderent. Imo videtur in ipsa Ecclesia publice hoc factum, ut si quid publice magis notum & monendum esset, tempestive indicaretur. Id enim, nisi fallor, colligitur ex verbis Tertulliani *lib. de pudicit. c. 4. Ideo penes nos occultæ quoque conjunctiones, id est, non prius apud Ecclesiam professæ juxta mœchiam & fornicationem judicari periclitantur. Et lib. 2. ad Vxor. Vnde sufficiamus ad enarrandam felicitatem ejus matrimonii, quod Ecclesia conciliat, & confirmat oblatio.* Et hoc optime observavit Gabriel Albaspinæus *lib. 1. obs. 24.* dum ait: *Reperi, in Ecclesia olim statutum fuisse, ne quisquam Vxorem duceret, aut de nuptiis cogitaret, quin prius Ecclesiam, id est, Episcopum, Sacerdotes,*

tes, viduas, cæterumque clerum consuluisset, eisque conditiones futuri conjugii, statum, religionem, sectam, patriam denique ac mores & ætatem exposuisset. Hujusce legis causam cum exquirerem, non alia mihi occurrit, quam quod primis illis temporibus omne studium ac diligentiam adhiberent, ne parva manus Christianorum pollueretur, aut eorum quisquam gentilis conjugio, vel Judæi aut hæretici macularetur. &c. Conf. Alexii Comneni Imp. constitutio, quæ habetur in jure Græco-Rom. *tom. 1. p. 123. seq.*

§. 2. In nostris Ecclesiis observatur denunciatio publica eorum, qui matrimonium inire cupiunt, tribus distinctis vicibus ex suggestu Ecclesiastico repetenda. Sed neque hæc quidem fieri debet, nisi prævio examine pastoris de conditione & qualitate contrahentium. Idque ita præcipitur in der Churfl. Sächs. Ehe-Ordnung *punct. 5.* Erstlich / wenn neue Eheleute sich bey dem Pfarrer jedes Orts anmelden / soll der Pfarrer sie eigner Person / und da sie noch im Jungfraustande / auch ihre Eltern / Vormunden / oder nechste Verwandten / so bey dem Verlöbniß gewesen / zu sich erfordern / und sie befragen / ob diß Verlöbniß mit der Eltern / oder Vormünden wissen und Bewilligung geschehen: Ob sich keines unter Ihnen beyden hiebevor mit einem andern ehelich verlobt / ob sie einander mit Blutfreundschafft oder Schwägerschafft verwand / daß sie nach Göttlichen und Käyserl. Rechten / auch unsers Landes Constitution und jüngst ausgegangenen Ehe-Ordnung einander nicht ehenlich beywohnen könten / und da zwischen Ihnen eine Freundschafft / in welchen gradu. &c.

§. 3. Plane ad mentem & sententiam veterum, apud quos presbyteri tale examen instituebant, & dehinc publicas denunciationes proponebant. Ejus consvetudinis fit mentio *in cap. 3. X. de clandestin. desponsat. Specialem quorum-*

rundam locorum consvetudinem ad alia generaliter prorogando, statuimus, ut cum matrimonia fuerint contrahenda, in ecclesiis per presbyteros publice proponantur, competenti termino præfinito, ut infra illum qui voluerit & valuerit, legitimum impedimentum ponat, & ipsi Presbyteri nihilominus investigent, utrum aliquod impedimentum obstet. Cum autem apparuerit probabilis conjectura, contra copulam contrahendam, contractus interdicatur expresse, donec quid fieri debeat super eo, manifestis constiterit documentis. Ea vero documenta, si manifesta non sint, & difficiliorem contineant probationem, Superintendentis cognitioni subjicienda, & si neque hæc sufficiens sit, ad Consistoria remittenda sunt, a quibus decisio expectanda est.

§. 4. Cum vero fieri sæpenumero soleat, ut vel desponsatos, vel conjuges etiam contracti matrimonii pœniteat, seque invicem inexpiabili odio persequantur, & vel prorsus non copulari, vel si copulati jam sint, separari iterum cupiant, dubium non est, ad Sacerdotis officium pertinere, ut, quomodocunque possit, in gratiam eos restituat, faciatque, ut pari voluntate ad pristinum amorem consvetudinemque reducantur. Clerici enim uti sunt pacis nuncii, & ad id constituti, ut Deum atque hominum jura componant; ita dare operam præcipue debent, ut concordia servetur inter conjuges, quippe quorum consortium exuberantem eam exigit, neque stare sine ea poterit unquam. Si qui Christiani olim dissidebant, statim reconciliabantur; si id fieri poterat ex consensu partium & accedentibus Sacerdotum persvasionibus. Qui vero fratribus suis reconciliari recusabant, illis Ecclesiæ introitu interdicebatur, donec ad pacem redirent, uti inprimis patet ex capitulis Herardi, Archiepiscopi Turonensis, *cap. 120. & lib. 7. capitular. cap. 171.* Multo

itaque magis laborandum inter conjuges, ut concordiam servent, uti & inter desponsatos, ut perficiant cœptum matrimonium, quippe in quo invenitur typus & imago insolubilis inter Christum & Ecclesiam amoris. *Eph. V, 32.*

§. 5. Etsi vero inter conjugatos & desponsatos admodum difficile sit, arbitratorem agere, & animos odio inflammatos reconciliare, atque amorem extinctum redintegrare, quod toto die experimur, qui Auditores in judiciis Ecclesiasticis dicimur, causisque matrimonialibus decidendis præfecti sumus, non desperandus tamen propterea est successus, qui sæpe inopinato contingit. Maxime vero hoc officium pertinet ad antistites sacrorum, quos DEus veluti vicarios in Ecclesia sua constituit, quibusq; sanctitatis quosdam radios, certe speciem non levem, impressit, illique si addiderint verbi divini & dictorum Scripturæ robur, dubitandum non est, resultare inde in animis dissidentium aculeos quosdam, veteris amoris restauratores. Primas igitur in hoc negotio partes sustinere debet ille, cujus curæ animæ dissidentium commissæ sunt, quod omnium optime cognitos habeat mores eorum. Is vero si nihil proficiat, uti plerumque valde contumaces sunt, qui amorem in odium convertunt, Superintendentem suum in subsidium vocet, eiq; rem totam, & quicquid sibi de causis dissidii compertum fuerit, particulatim exponat. Qui deinceps novo conatu & majori cum contentione omnem lapidem movebit, ut in pristinam concordiam redeant pessime hactenus divulsi. Si nec tum quidem impetrari id poterit, ad Consistorium referri res debet, quod prævia causæ cognitione, quid in negocio isto statuendum sit, optime determinabit.

§. 6. Hactenus ergo pro matrimonio, quid facere possint Pastores & Superintendentes, quasi in compendio expo-

posi-

positum est. Quæ tamen ita accipienda sunt, ut locum habeant, sicubi nullum adsit impedimentum causæ cognitionem & sententiam exigens. Si quid vero contra matrimonium decernendum fuerit, omnis eis adempta est potestas, adeo, ut hoc casu ne judicandi quidem jus sibi præsumere debeant. Diserta sunt verba in den General-Artickeln *tit. 13.* von der Copulation &c. Auch soll kein Pfarrer in kleinen Städten / auf den Dörffern / oder Diacon in Städten Ehesachen zu richten/oder aber die Ehe zu scheiden/sich unternehmen/ sondern dieselben vor ihren geordneten Superintendenten zu verhören und zu verrichten/ weisen/ welche im Fall der Nothdurfft/ da ihnen die Sachen zu schwehr/ oder dermassen verwirret/ daß sie gerichtlich zu entscheiden (quæ verba ultima in editione nova der Ehe-Ordnung anno 1624. promulgata *pag. 22.* ita exponuntur: Und die Personen in der Güte einander nicht ehelichen wolten/ut hinc constet,neque Superintendenti quidem in tali negotio alias competere partes, nisi eas,quæ ad amicabilem compositionem tendunt) sie ferner an das Consistorium weisen und remittiren sollen. Quo & pertinent verba ultima der General-Artickel *d. l.* Soll sich hinführo Niemand weiter unterfangen/ (scil. Ehesachen zu verhören und zu entscheiden) besondern diese Sachen den Superintendenten und Consistoriis zu verhören / und nach Gelegenheit zu verrichten heimstellen. Notentur verba, nach Gelegenheit. Vtrisque scil. Superintendentibus & Consistoriis competit cognitio, & illis notio potius aliqua. Sed Consistoriis competit etiam potestas judicandi, & decidendi. Atque idcirco, si decisione opus fuerit, eam dare nequit Superintendens, sed a Consistorio expectari debet. Id vel inde patet, quod ad sententiam ferendam & executioni dandam opus sit jurisdictione, quam tamen Superintendentibus competere supra

Cc 2 nega-

negavimus. Conf. Ben. Carpzov. *Jurispr. Consist. part. 3. def. 29. 30.*

CAPVT XXI.
Circa Leges Ecclesiasticas Superintendentem dispensare haud posse.

§. 1.

QVi in regendis hominum cœtibus sive civilibus, sive Ecclesiasticis occupati sunt, quotidianis exemplis convincuntur, non posse ubique, neque in omnibus casibus leges sibi præscriptas applicari. Et fatendum proinde, necessitati nonnunquam parendum, & relaxandam esse legem, atque excipiendum casum specialem, adeo ut licentia alicui detur diversum quid faciendi, aut non faciendi, sine qua licentia legi alias esset obnoxius. Dispensationem vocant Canonistæ, quanquam sint, qui dispensationem a licentia data distingvere velint, uti videre est apud Paul. Laymann. *Theol. moral. lib. 1. tr. 4. cap. 22. n. 1.* Eam autem communiter describunt, quod significet personæ exemptionem a lege ex particulari ratione factam, ad bonum aliquod consequendum, quod ex legis observatione obtineri non posset. Lex enim communiter quidem, & ut plurimum respicit id, quod est bonum; quia vero contingit aliquando in aliquo casu, non esse bonum, oportuit per aliquem determinari, in illo particulari casu legem non esse servandam, & hoc proprie est dispensare in lege. Greg. Sayr. *in Clav. Reg. lib. 6. cap. 11. n. 3.*

§. 2. Plurimum in hoc argumento versatus est Jvo, Episcopus Carnotensis, qui non tantum in epistolis subinde necessitatem dispensationis varie ostendit, sed etiam *in præfatio-*

satione, quam Decreto suo præfixit, normam quasi quandam proposuit, quæ in dispensationibus statuendis observari debeat. Aliquos exinde flores collegi *in tr. de Episcopis. lib. 2. cap. 21.* Eique concinit, quem adducit ipse in dicta *præfat.* Cyrillus Alexandrinus ad Gennadium Presbyterum & Archimandritam, cujus verba non pigebit hic repetere: *Dispensationes*, inquit, *rerum nonnunquam cogunt parum quidem a debito rigore quosdam exire foras, ut majus aliquid lucrifaciant. Sicut enim hi, qui mare navigant, tempestate urgente navique periclitante anxiati, quædam exonerant, ut cetera salva permaneant: ita & nos, cum non habemus salvandorum omnium negociorum penitus certitudinem, despicimus ex his quædam, ne cunctorum patiamur dispendia.*

§.3. Nobis hic de argumento ipso, quando & quomodo dispensatio in legibus Ecclesiasticis fieri debeat, nulla nunc sedet cura, sed unice disquirimus, utrum Superintendentibus nostris potestas competat dispensandi circa leges positivas a Principe præscriptas? De his enim nunc quæstio est, ne latius evagemur, & de divinis etiam atque naturalibus considerationem instituendam esse putemus. Facilis vero erit responsio, si attendamus principium obligandi Legi robur addens. Id vero aliunde non venit, nisi ex jussu & mandato Principis Legilatoris, qui legem ponere & figere potest, potest etiam tollere & refigere iterum, quia Legis humanæ natura est, ut a voluntate humana pendeat, non in origine tantum, sed & in duratione. Hugo Grotius *de J. B. & P. lib. 2. cap. 20. n. 24.* Joh. Selden. *de jur. nat. & gent. lib. 1. cap. 8.* Atque ita Lex quævis ab ipsius Legislatoris potestate νομοθετικῇ vim obligandi accipit, simul atque sese illa in publicum per promulgationem exeruerit, *can.*

in istis, 4. dist. 4. l. 1. §. 9. C. de vet. jur. enucl. Matth. Coler. *de process. execut. lib. 1. c. 3. n. 7.*

§. 4. Hujus νομοθεσίας sive potestatis Legislatoriæ partem constituit jus dispensandi. Vti enim qui legem posuit, eam tollere potest: ita etiam potest relaxare, sive, uti hodie loqui solemus, dispensare. Atque adeo, qui legem non posuit, ille neque poterit dispensare circa eam. Vt ergo dispensatio fieri queat, necesse est, ut impetretur ab eo, qui legem promulgavit. Et qui potestatem legislatoriam non habet, sive, quod perinde est, qui τὸ κύριον non tenet in Rep. neque poterit circa legem ab alio scriptam dispensare. Hinc ergo conficitur porro, eum, qui minoris & inferioris est potestatis, jus & auctoritatem adversus Superioris placita non habere. Sicut enim supremus Princeps nequit a jure naturali vel divino aliquos excipere, quod neque exceptus sit ipse, sic neque inferior præfectus vel magistratus a jure & Lege superioris solvere aliquos potest. Joh. Azor. *Instit. moral. lib. 5. cap. 15.* Nicol. Rodriguez Fermosin. *ad rubric. de Rescript. n. 4.* quanquam sint, qui contrariam sententiam tueri velint apud Antonin. Dian. *part. 3. tr. 5. resol. 23.* perperam omnino & contra ipsius naturæ ordinem.

§. 5. Quid ergo nunc putabimus Superintendenti licere circa legem Principis Ecclesiasticam? Vtique omnino nihil; cum nec Magistratus quidem circa eam possit quicquam, etsi jurisdictione pollens, qua tamen, uti supra diximus, omnino caret Superintendens. Nempe non aliam iste sustinet personam, neque aliud quid magis potest, quam subditus. Vti igitur Subdito legem superioris mutare hauddquaquam licet, & si temere id fiat, pœna dignus est: ita nec Superintendens excusari potest, si quid tale ausus fuerit. Imo quod magis est, nec Consistoriis quidem dispensandi

jus

jus competere voluit Serenissimus Saxoniæ Elector, uti disserta habentur verba in Ordinat. Eccles. *tit.* von beyden Consistoriis num. 8. in fin. Wenn auch in Ehesachen bey den Consistorien um Dispensation angesuchet würde/ sollen sich die Consistorialen derselben nicht mächtigen/ sondern solches jederzeit an Uns gelangen lassen/ und unsers fernern Bescheids darauff erwarten. Quæ verba etsi in specie de causis matrimonialibus concepta sint, applicanda tamen sunt etiam ad alia, ob solidam rationem generalem, quia dispensatio est reservatum quoddam superioritatis. Carpzov. *Jp. Consist. lib. 2. def. 145.*

§. 6. Contingere tamen aliquando potest, ut propter casum necessitatis recedere liceat ab Ordinatione Principis, dum scil. negocium ipsum non patitur moram, & relatio ad Principem fieri non potest. Exempli gratia: Constitutum est, & sic observatur in Ecclesiis Saxonicis, ut non copulentur desponsati, nisi præcedat tribus vicibus proclamatio publica. Quid vero, si militiæ causa sponso abeundum fuerit? quid si is in periculo mortis constitutus copulari sponsæ suæ per benedictionem sacerdotalem cupiat? Utique tum minister Ecclesiæ non impetrata etiam dispensatione tuto proclamatione omissa ad ipsam progredietur copulationem. Ben. Carpzov. *Jp. Consist. lib. 2. def. 141.* Nec tamen eo casu ipse dispensasse circa legem dici potest, sed agit tum ex tacita & præsumpta dispensatione Principis, quod dubitandum non sit, Principem, si consuli eo de casu potuisset, perquam facilem se ad dispensationem præbiturum fuisse. Recte autem monet Carpzovius *d. l.* caute admodum in ejusmodi casibus ministrum Ecclesiæ procedere debere, ne a desponsatis deceptus in leges matrimoniales impingat. Ideoque si res aliqualem cunctationem recipiat, optime

optime sibi consulet, sicubi Superintendentis sui sententiam requisiverit, expositis omnibus circumstantiis rem dubiam vel certam facientibus.

CAPUT XXII.

De Superintendentis officio circa visitationem Ecclesiarum suæ Dioeceseos.

§. 1.

AD regimen Ecclesiasticum, quale Superintendentibus in vicinas Ecclesias earumque Pastores & Ministros commissum est, pertinet potestas visitandi, per quam Superintendens ut bonus Pastor oves suas lustrare, & de earum qualitatibus, morbis & vitiis inquirere tenetur, num qua sit, quæ in manifestis & miserandis errorum atque criminum fluctibus volutetur, quæ devium iter insistat, quæ reduci nolit, quæque cæteris exitio aut abominationi sit. Repertam talem corrigat, emendet, admoneat, faciatque, ut ad frugem redeat, cæteras autem, quas bene se habere observat, in bono isto confirmet, omnique studio laboret, ne qua vel per doctrinam erroneam, vel delicta scandalosa detrimentum capiat. Imitari hic debet Paulum Apostolum, qui Ecclesias a se plantatas subinde visitavit, & in fide atque doctrina Christiana a se prædicata confirmavit. *Reversi*, ita alloquitur Barnabam *Actor. XV, 36. invisamus fratres nostros oppidatim, in quibus annunciavimus sermonem Domini, cognituri, quomodo se habeant.* Et porro *vers. 41.* de eo dicitur: *Perambulabat autem Syriam & Ciliciam confirmans Ecclesias.*

§. 2. Finis harum visitationum in Ordinatione Ecclesiastica Electorali hunc in modum describitur, *tit.* von der Visitation &c. Damit die Lehre GOttes Worts nach dem wahrhaffti-

hafftigen Verstande der Heiligen Prophetischen / und Apostolischen Schrifft / auch die ritus Ecclesiæ in unsern Kirchen unser Kirchen-Ordnung gemäß / gleichförmig / einträchtig und mit frembden verführischen Irrthumen unverfälscht geführet und getrieben / darzu alle Diener bey den Kirchen / Schulen und Politischen Aemtern in einem Christlichen erbaren Leben / und Execution ihres Berufs und befohlenen Aemtern nach erhalten / und der Unerbarkeit und Lastern gewehret werde. Et porro: Weil sich täglich allerley Gebrechen / bey den Kirchen finden / und neue Fälle begeben / die ungestrafft und ungebessert ohne Aergernis Jahr und Tag lang nicht auffgezogen werden können / darzu hoch von nöthen / daß die Kirchen- und Schul-Diener in steter gebührender Furcht / Fleiß und Treue ihres Amts erhalten.

§. 3. Ex quo intelligitur, præcipuum scopum visitationum duplicem esse, puritatem scil. in doctrina & disciplinam morum. Nec vero putandum est, Doctores solum sive ministros Ecclesiæ tantum visitari debere, sed imo etiam de Laicorum vita & moribus inquirere oportet. In illis namque doctrina maxime, in utrisque vero vitæ ratio & integritas attendenda est. Sed & ædificiorum Ecclesiasticorum habenda est ratio, ut sarta tecta conserventur, & si quæ ruinam minentur, tempestive reparentur. Omnium horum inspectio Superintendentibus commissa est, uti patet ex toto titulo Ordinationis Ecclesiasticæ von der Visitation. Qualiter jam olim per antiquos Canones cura ea Episcopis demandata fuit. *Decrevimus* (sunt verba canonis ex Concilio Tarraconensi apud Gratianum *c. decrevimus. 10. q. 1.*) *ut antiquæ consuetudinis ordo servetur, & annuis vicibus diœceses ab Episcopo visitentur, & si qua forte basilica fuerit reperta destituta, ordinatori ejus reparari præcipiatur.* Et ex Concilio Bracarensi II. apud eundem Gratianum *c. placuit. ibid. Pla-*

Dd *cuit*

cuit omnibus Episcopis, ut per singulas Ecclesias Episcopi & per diœceses ambulantes primum discutiant clericos, quomodo ordinem baptismi teneant vel missarum, vel qualiter quæque officia in ecclesia peragant. -- -- Postquam ergo hæc suos clericos discusserint vel docuerint Episcopi, alia die convocata plebe ipsius Ecclesiæ doceant illos, ut errores fugiant idolorum, ut diversa crimina, id est, homicidium, adulterium, perjurium, falsum testimonium, & reliqua peccata mortifera, & quæ nolunt sibi fieri, alteri ne faciant. &c.

§. 4. Inquirendum ergo erit Superintendenti primum de ministris Ecclesiæ, qualiter illi se gerant? num purum Dei verbum secundum orthodoxiam proponant, aut forte errores aliquos foveant? num Sacramenta, ut instituta sunt, dispensent? num potestate clavium recte utantur aut abutantur? num munus illud, ad quod vocati sunt, sedulo aut segniter obeant? num ægrotos & morituros invisant? num conscientias afflictorum instruant? an frequenter domo absint? an frequentent tabernas, & levium hominum consortia? an misceant se negociis secularibus ad se non pertinentibus? & ejusmodi alia, quæ studiose collecta sunt in Ordinatione Ecclesiastica *d. l.* Similes quæstiones leguntur in veteri inquisitione, uti vocatur, quam libello suo de Ecclesiasticis disciplinis præmisit Regino Abbas Prumiensis *statim ab initio.* Itemque in capitulis Hincmari Archiepiscopi Remensis, quæ habentur tom. III. Conciliorum Galliæ ex editione Jacobi Sirmondi *pag. 623.*

§. 5. Pertinet huc examen, quod a Superintendentibus instituendum est circa conciones Pastorum sibi subjectorum, quod in hunc modum peragi vult Ordinatio nostra Ecclesiastica *dict. tit.* Darzu denn auch nützlich und dienst-

dienstlich/ so offt die Visitation gehalten / daß der Pfarrer oder Kirchen-Diener jederzeit seine Concept der Predigten / so er durch das gantze Jahr / besonders aber das nechstverschienene halbe Jahr gehalten / vorlege / darinnen der Visitator zu ersehen/ was er für einen Methodum und Ordnung in seinen Predigten gebraucht/ was für Sachen er jederzeit handele/ ob sie zu der Zeit/ an dem Orte/ und für diese Pfarr-Kinder nützlich / nöthig und erbaulich/ wie er jede Lehr mit GOttes Wort bestetige/ und Zeugnisse der Heil. Schrifft in seinen Predigten anziehe/ ob er sie selbst in der Heil. Schrifft gelesen/und nachgeschlagen/oder nur bloß aus den Postillen ausgeschrieben / ob er sie latine oder deutsch schreibe / und was er in solchen allen præstiren könne. Et huc faciunt etiam conciones circulares,uti vulgo dicuntur,quas ad Superintendentis placitum in ejus Ecclesia habere debent subjecti Pastores. De quibus ibid. in §. anteced. hæc habentur verba: Sollen unsere Superintendenten und Adjuncten dieselben (sc. die untergebenen Pfarrer) so viel jeden zugeordnet / nach der Ordnung in den Städten/ da der Superintendens wohnet / in der Wochen predigen lassen / etliche Tage zuvor deme / so predigen soll / eine besondere Materiam aus dem Alten oder Neuen Testament, nach Gelegenheit der Personen/ darvon zu Predigen zustellen &c. Negari enim nequit, plurimos inter Pastores, postquam tale officium adepti fuerint, socordia atque desidia bonum otium conterere, & hebescere tandem, nisi per superiores suos excitentur.

§. 6. Circa auditores cujusque Ecclesiæ inquirendum est Superintendenti, num inter illos fanaticus aliquis, aut hæresi infectus existat? Num manifestus quis inter eos extet adulter? utrum homicida inter eos sit notorius,

torius, aut contemptor verbi divini, aut blaſphemus, aut alio crimine notatus? qua ratione ad invicem ſe habeant parentes & liberi? item mariti & uxores? num qua odia gliſcant inter cives aut parochianos? qualiter inſtituantur nuptiæ? qualiter exequiæ? & plura alia, quæ ad bonum ordinem & diſciplinam externam conſervandam faciunt. Etſi enim crimina iſtiusmodi atrocia ad Superintendentis cognitionem proprie non pertineant, cum nec in Conſiſtoriis Eccleſiaſticis vel tractari, vel decidi criminalia queant, B. Carpzov. *Iurispr. Conſiſt. lib. 2. def. 231. n. 16.* nec plus, ſed imo multo minus poſſit Superintendens, quam Conſiſtorium; tamen quia cura animarum, quæ & Paſtori cuique & Superintendenti commiſſa eſt, hoc intendere debet, ut ab omni labe Auditores immunes reddantur, fieri haud poteſt, ut delicta ejusmodi inſpectionem Superintendentis effugiant. Quomodo autem procedere debeat Superintendens, abunde exponitur inſ *d. tit.* von der Viſitation. §. Soll er nichts aus ſeinem. & ſeq.

§. 7. Sed & eum in finem, ut delicta iſtiusmodi, ſi nihil proficiant Superintendentium monita, coërceri fortiori manu queant, jubentur viſitationibus intereſſe magiſtratus & judices loci, qui quid rerum agatur, & quæ indicia denuncientur, obſervare queant: Wie wir denn/ damit Niemand ſich zu beklagen/ als ſey er unſchuldig angegeben/ hiermit ordnen und befehlen/ daß eine jede Obrigkeit ſelbſt bey der Viſitation ſey/oder je eine fürnehme Perſon mit Vollmacht dahin ſchicke/ die von ſeinetwegen/ da was nöthiges vorfällt/ anhöre/ und was er ſelbſt gegenwärtig thun ſollen/ verrichte. Pari ratione, uti Karolus Calvus olim Miſſos

ſuos

ſuos una cum Epiſcopis viſitationes Eccleſiarum & monaſteriorum peragere voluit, uti teſtantur capitula ab eo in monaſterio S. Medardi apud Sveſſionis civitatem edita, quæ leguntur *tom. 3. Concil. Gall. pag. 87.* & recenſentur a Cardinale Baronio *ad ann. DCCCLIII. n. 18. ſeq.* Et proinde, ne quid ſiniſtre judicetur de intentione viſitatorum, his eos verbis munire voluit Sereniſſimus Saxoniæ Elector, *tit.* von *Synodo*, §. Wenn die Synodi gehalten &c. Damit weder die Kirchen-Diener wider die Obrigkeit und ihre Diener ſich zu beklagen/ als ob dieſelben ihr Amt mit Gewalt hemmen/ und ihnen vorſchreiben wollen/ was ſie predigen ſollen/ noch die Unterthanen ſich zu beſchweren/ als ob in weltlichen Sachen ſie den Kirchen-Dienern unterworffen/ und ihnen wiederumb auch in demſelben das Schwerdt gegeben/ oder daß ſie darnach greiffen und trachteten/ in einigen Verdacht kommen möchten; So ordnen und wollen wir/ &c.

§. 8. Sunt & alia perquam multa, quæ in viſitatione attendere debet Superintendens, circa ſcholas, circa ædificia Eccleſiaſtica, circa ærarium Eccleſiaſticum, circa bona Eccleſiaſtica alia, circa ſalaria miniſtrorum Eccleſiæ, de quibus deinceps ſingulatim agendum erit. Nunc illud tantum meminiſſe oportet, viſum fuiſſe Legislatori Sereniſſimo, viſitationes, niſi repeterentur, fructu & effectu ſuo deſtitui. Et voluit ergo ILLE, ut quotannis bis viſitationes inſtituantur. Erſtlich ſoll ein jeder Superintendens und Adjunctus jede Pfarre ordinarie des Jahrs zweymahl viſitiren. Et paulo poſt: kan und ſoll ermeldte Viſitation weniger nicht/ den zweymahl des Jahrs gehalten werden. Ordinarie dixit, ut excipiatur caſus extraordinarius præter opinionem contingens, neque moram aut cunctationem admittens. Hiermit gleichwohl dem Super-

intendenten und Adjuncten unbenommen / sondern mit Ernst auferlegt / und befohlen seyn / da sich Sachen zutragen / welcher Verrichtung der ordinari Visitation nicht erwarten / auch durch den Superintendenten abwesend durch Schreiben oder Vorbescheid der Personen nicht füglich hingelegt werden mögen / daß er sich auch zwischen der ordinari Visitation dahin begeben / und wie es beschaffen / eigendlich erkundigen soll.

§. 9. Tempora ista, quibus institui debeant visitationes, designata sunt in Ordinat. Eccles. *tit.* vom *Synodo. rubr.* Wenn die Synodi gehalten &c. verb. So ordnen und wollen wir / daß die Superintendenten und Adjuncten die Visitation dergestalt anstellen / daß sie darmit vor Mitfasten im Winter / und vor Mariæ Geburth im Sommer fertig werden. &c. Sed quia fieri potest, ut aliquando tempus istud præcise observari nequeat, atque sic terminum circumducere oporteat, non tamen cessabit interim Pastor subjectus suo defungi officio, & quæ interim necessaria visa fuerint, suo denunciare Superintendenti, uti exemplum capi potest ex Decreto Synodali, §. 32. Begebe es sich nun / daß jemand über Jahr und Tag / ungeachtet beschehener Erinnerung des Tisches des HERRN sich enthielte; So sollen die Pfarrer nicht mehr / wie bißher solche Fälle biß auff die Visitationen / oder in den Synodum sparen / sondern alsobald dieselben Ihren Superintendenten zu erkennen geben / darmit derselbe solche Personen vor sich erfordere / zur Besserung vermahne / und in Verbleibung derselben an das Consistorium die Sache berichte. &c.

§. 10. Quæstiones, qualiter in actu visitationis formandæ sint, copiose exhibentur in Ordinatione Ecclesiastica, *dict. tit.* Et tamen pro re nata multo adhuc plures locum

locum invenire, easque Superintendentis arbitrio & dexteritati relictas esse, patet ex verbis finalibus quæstionum Von den Schulen: Und andere mehr Puncten/ so der Superintendens vermöge unserer hierinn gegebenen Ordnung/ und seiner Geschickligkeit nach wohl wird wissen zu fragen. Quæ verba etsi de scholis concepta sint, jure optimo per extensivam interpretationem reliquis etiam omnibus accommodari possunt. Ad eas vero omnes & singulas tam parochi, quam parochiani bona fide respondere tenentur, inque eum finem admonendi sunt, ne quid temere & vel captandæ gratiæ, vel odii conflandi causa pronuncient. Soll er den Pfarrer zuförderst mit Ernst seines Gewissens und geleisteter Pflicht erinnern/ daß er auff nachfolgende Articel Ihme den Grund der Wahrheit/ wie es an Ihme selbst/ berichten/ und Niemands weder zu Liebe oder Leid/ aus Gunst oder Wiederwillen/ was anzeigen oder verschweigen wolle. Quæ verba repetuntur in præfatione quæstionum, ad quas parochiani interrogandi sunt.

§. II. Cæterum monendi sunt Superintendentes visitaturi, ut quam minimis fieri poterit visitandorum expensis officium istud suum exequantur, neve eos jam multis miserabili hoc ævo tributis ac vectigalibus gravatos, majoribus, quam necesse sit, evectionibus, procurationibus, & famulitii comitatu, aut comestibilium sumtu atterant, & pauperiores reddant. Cumque in nostris his provinciis ex Ecclesiastico ærario visitationum sumptus faciendi sint, æraria autem talia pleraque propter egestatem & inopiam parochianorum sumptibus istis faciendis vix sufficiant, fieri etiam vix potest, ut visitationes statis temporibus institui & expediri queant. Nec forte practicari amplius potest, quod constitutum legitur in Ordinatione Ecclesiastica,

stica, *tit.* Von Kosten und Zehrung der Superintendenten &c. Daß bey Verrichtung jedes Orts erster Visitation im Jahr in den Dörffern dem Visitatori Sechs Groschen zur Zehrung gegeben werden sollen/ cum multo carius vendantur hodie ea, quæ ad victum pertinent, atque olim pro sex istis grossis comparari potuerint haud paulo plura. Atque idcirco hodie ita fere observatur, ut tempore eo, quod rationibus reddendis destinatum est, aliqua simul invisitatio instituatur. Hæc enim duo negocia jungi posse, docet & permittit *d. l.* Ordinatio Ecclesiastica. Cæterum quam profuse aliquando facti fuerint sumptus in Ecclesia Latina & adhuc fiant, quibusve querelis procurationes istæ exceptæ fuerint, latius exposui tr. *de Episcopis lib. 3. cap. 26. n. 26. seq.*

CAPUT XXIII.

Scholas etiam ad Superintendentis curam & inspectionem pertinere.

§. 1.

SCholarum necessitatem & utilitatem non opus est, ut multis prædicemus. Observant illi omnes, qui populis regendis a DEO præfecti sunt, multum juvari regimen, & rectius stare Rempublicam, in qua bonæ literæ excoluntur, & animi subditorum civiles & flexibiles magis redduntur. Discere id licet a Karolo Magno, quippe qui multum laboravit, ut non in Galliis solum, sed & in Germania instaurarentur studia literarum, & constituerentur scholæ publicæ, uti præter alia capitula docet epistola ejus de scholis per singula Episcopia & monasteria instituendis, quæ extat *tom. 2. Concil. Gall. pag. 121.*

Neque

Neque puto ego, Saxones, gentem ferocem & libertatis tenacissimam sub imperio retineri tam facile potuisse, nisi accessisset informatio Sacerdotum, quos magno numero ad eos miserat Karolus.

§. 2. Sic igitur pleræque Ecclesiæ Carolingorum ævo adjunctam habebant scholam, in qua erudiri possent parochianorum liberi. Concilium Namnetense *can. 9. Unusquisque Presbyter, qui plebem regit, clericum habeat, qui cantet, & epistolam & lectionem legat, & qui possit scholam tenere; & admoneat suos parochianos, ut filios suos ad psalterium discendum mittant ad Ecclesiam, quos ipse in omni castitate erudiat.* Theodulphus Episcopus ad Presbyteros suos Aurelianenses *cap. 20. Presbyteri per villas & vicos scholas habeant, & si quilibet fidelium suos parvulos ad discendas literas eis commendare vult, eos suscipere & docere non renuant, sed cum summa charitate eos doceant.* Atque idcirco Hincmarus Archiepiscopus Remensis in capitulis, quæ visitantibus præscripsit, *sub. num. 11.* interrogare jubet Presbyterum, si habeat Clericum, qui possit tenere scholam, aut legere epistolam, aut canere valeat, prout necessarium sibi videtur. Videri potest Franciscus Florens *ad cap. 3. X. de vit. & honest. cler.* Renat. Choppin. *de sacr. polit. lib. 1. tit. 3. n. 11. 12.*

§. 3. Facile vero intelligit unusquisque, quantum intersit Reip. ita educari juventutem, ut sincera & integra & nullis pravitatibus detorta uniuscujusque natura toto statim pectore arripiat artes honestas, & sive ad res sacras, sive ad juris scientiam, sive ad quodcunque aliud studium inclinasset, id præcipue agat, id universum hauriat, uti loquitur Tacitus *dial. de Oratorib.* Et huc maxime conducunt scholæ, quæ sunt veluti seminaria quædam, ex

quibus prodeunt, qui Ecclesiæ & Reip. inservire debent, ut adeo, si bene se habeant illæ, non possint non uberrimi inde salutis publicæ sperari fructus; e contrario vero insignis metuenda sit clades & perpetuum detrimentum, sicubi illæ negligantur.

§. 4. Regum igitur & Principum est, quemadmodum de Karolo Magno dixi, dare populo Doctores & administratores, adeoque singulariter curare scholas. Idque cum ubique passim in Germania hactenus per DEI gratiam receptum sit, quantum profecerint ejus habitatores omni diritate atque immanitate olim teterrimi, tum circa cultum divinum, tum circa justitiæ administrationem & civilitatem morum, quotidiana & ubique obvia docent experimenta. Vestigiis majorum insistens Serenissimus Saxoniæ Elector elegantem & omnibus numeris perfectam edidit Ordinationem, secundum quam scholæ institui debeant. Eaque mox regulam dedit, quam sequerentur alii Germaniæ Principes. Injunxit in ea omnibus civitatum magistratibus, ut curam habeant scholarum, iisque præficiant idoneos Præceptores. Demnach ist unser ernster Will/ und Meinung/ daß alle Obrigkeiten in unsern Churfürstenthumb und Landen/ in allen und jeden Städten/ sie seind groß oder klein/ darob und daran seyn/ daß über den auffgerichteten Schulen mit Ernst und Fleiß gehalten/ auch darzu jederzeit tügliche und rechtschaffene Præceptores præsentirt und verordnet werden.

§. 5. Vt vero eo strictius observetur Ordinatio ista Ecclesiastica, certos voluit idem Serenissimus Legislator constitui Inspectores, quibus annumerari debet Superintendens cujusque diœceseos, cum præsertim ejus officium sit, non Ecclesias tantum, sed etiam scholas simul visita-

re,

re, uti constitutum legitur in der Schul-Ordnung/ *part. 5.* §. Und damit &c. Und da sie (sc. die Inspectores) Fehl und Mangel/ daß diese Ordnung nicht angerichtet/ und deren gemäß die Jugend nicht gelehrt/ und unterwiesen würde/ befinden/ -- -- dieselben sollen sie ordentlich verzeichnen/ und dem Superintendenten oder Adjuncten desselben Orts/ so er seiner Visitation halber ohne das dahin kömmt/ zustellen. Der alsdenn neben obermeldten Verordneten die Schule auch fleissig visitiren/ die Knaben examiniren/ und was er für Unordnung und Mangel nicht abstellen kan/ seinem General-Superintendent neben anderen berichten soll &c. Simile quid constitutum legitur de scholis, quæ in vicis & pagis habentur, *sub tit.* von *Inspection* der deutschen Schulen: Daß die Pfarrer selbiger Orten die Inspectores seyn -- -- und was sie vor Fehl und Mangel befinden/ jedesmahl dieselben unterstehen abzustellen/ wo es dann nicht verfangen wolte/ solches mit allen guten Umbständen dem ordentlichen Visitatori zur Zeit ihrer Visitation anzeigen/ oder schrifftlich zustellen/ damit solches vollends an den Superintendenten noch ferners gelange/ und gebührliches zeitliches Einsehen beschehen möge.

§. 6. Nec vero hæ tantum publicæ scholæ ex Principis cura atque dispositione suas acceperunt leges, sed etiam privatæ quævis aliæ simili inspectioni commissæ fuerunt. Adeo sollicitus fuit Serenissimus Elector, ut in suis provinciis juventus pro cujusque loci habitudine recte instituatur, & teneri animi honestatis præceptis imbuantur. Etsi enim non magistratibus tantum municipalibus inter cives suos, sed singulis etiam civibus domi suæ præceptorem constituere liceat liberis suis; quia tamen interest Reip. non in fide tantum vera, sed etiam moribus

civitati conformibus juventutem institui, circumscribi a Principe ut capite Reip. oportuit istam civium libertatem, ne salus publica inde aliquid capiat detrimenti. Atque ex hoc principio non illi tantum pædagogi, qui trivialibus scholis præficiuntur, sed alii etiam quivis præceptores, qui privatim educandis instituendisque pueris operam impendunt, in his provinciis Superintendentis & Pastoris inspectioni subjacent.

§. 7. Clara in hanc rem est Constitutio in der Schul-Ordnung/ *tit.* von Winckel-Schulen. §. *ult.* Hiermit aber soll nicht benommen noch verbothen seyn/ ob etliche fürnehme Bürger oder von Adel ihren Kindern in ihren Häusern oder auch in einer oder mehr Städten besondere Præceptores halten/ und gleich als in einer besondern Schule unterweisen lassen wolten. Doch daß dieselben Præceptores so wohl/ als die in den gemeinen Particular-Schulen jedes Orts Superintendenten und Pfarrer unterworffen/ willig und bereit seyn/ denselben vermöge habender Instruction, ihrer Institution, Zucht und Disciplin halben Rechenschafft zu geben/ damit nicht die unverständige Jugend/ auch unwissend ihrer Eltern/ durch unreine Lehr im Glauben verführt/ oder in ärgerliches Leben gerathen möchten.

§. 8. Debet igitur Superintendens circa inspectionem istam tum Præceptorum, tum etiam discipulorum mores atque studia explorare, ut inter utrosque justa conservetur harmonia, neve illi sæviendo nimis imperio suo abutantur, hi præfracte resistendo disciplinam omnem pessime excutiant. Quid enim plagosi illi Orbilii sua ista sævitia efficient aliud, nisi ut aversos plane a literarum studiis reddant discentium animos? Quid item discipulorum ferocia atque contumacia procreabit, nisi feram ali-

quan-

quando pœnitentiam, & infaustam, cujus diu pertæsum est, anteactæ vitæ memoriam. Nec vero leve id est munus, bonis moribus ac literis instituere juventutem, & rudibus adhuc animis mentem instillare Christo dignam, easque literas, quæ semper optimo cuique placuerunt; Sed discernenda tamen sunt ingenia, cum generosa quæ sunt, doceri cupiant, cogi non ferant, iisque sæpe vel viam indicare maximus profectus sit, alia e contrario inveniantur, quæ nisi durius habita nullo discendi studio & cupiditate tenentur, quanquam satius sit, hæc ipsa tempestive alienis artibus adsvefieri. Vid. Hugonis a S. Victore opusculi *de studio legendi caput ultimum*, quod recenset Johann. Mabillonius *vet. analect. tom. 1. pag. 324.*

CAPUT XXIV.

Ædes etiam parochiales, Hospitalia, & alia loca pia ad inspectionem Superintendentis pertinere.

§. 1.

De cura ipsius Ecclesiæ, quatenus per istud vocabulum ædificium denotatur, non est, quod multum solliciti simus, quandoquidem per se patet, ejus conservationem & reparationem ad inspectionem & curam Pastoris & Superintendentis spectare, quod sine tali ædificio cultus divinus parum commode explicetur. Es weiset sich selbst/ (sunt verba decreti Synodalis, §. 73.) daß die Eingepfarrten auch die Kirchen und Gottes-Häuser nicht eingehen/ sondern bey Zeiten in Besserung bringen lassen sollen. Similis tamen cura impendenda etiam est ædificiis aliis, quæ communiter loca pia dicuntur, uti sunt Orphanotrophia, Ptochotrophia, Xenodochia, & similia, quæ communiter Hospitalia vocantur.

Talia enim autoritate & beneficio Imperatorum iisdem privilegiis, quibus Ecclesiæ ipsæ gaudent, ornata fuerunt, uti habetur in *l. 35. C. de Episc. & cler.* Dicuntur alias in jure Canonico religiosæ domus, quod religionis vel pietatis intuitu sint extructæ, & admodum variæ sunt, ut explicat Andr. Vallens. *in paratitl. ad tit. X. de religios. domib.* De privilegiis ipsis, quæ piæ causæ competunt, & quid piæ causæ nomine veniat, prolixe agit Andr. Tiraquellus *tot. tract. de privileg. piæ causæ.*

§. 2. Eodem referendæ sunt domus parochiales, quæ Pastoribus & ludimoderatoribus cujusque loci extruuntur. Illæ enim non minus necessariæ sunt, ut habeant scil. sua receptacula, qui cultui divino inserviunt. Atque idcirco ædes istiusmodi similiter inspectioni Superintendentis subjectæ sunt. Quod etiam innuit Ordinatio Ecclesiastica, *tit.* von der *Visitation.* Es soll auch der Visitator, wenn in gehaltener Visitation über des Pfarrers oder Custoden Gebäud/ von den Eingepfarrten oder ihnen selbst geklaget worden/ neben dem Amtmann/ Collatorn, Erb- oder Gerichts-Herrn/ welcher vorhanden/ alsbald dieselbe besichtigen/ und ob/ auch welcher Gestalt es zu bauen/ was der Eingepfarrten oder des Pfarrers Erbiethen/ wenn solcher Bau angestellt/ in Synodum berichten/ damit solch Gebäude nicht eingestellt/ sondern jederzeit förderlich vorgenommen/ dergestalt offtmahls mit geringen Kosten ein grosser Schaden verhütet/ und die Gemeine mit den neuen Pfarrgebäuden desto weniger beschweret werden mögen.

§. 3. Sic & procurabit una cum Pastore loci Superintendens, ut cœmiteria probe munita sint, & sive muris, sive vacerris, sive palis cincta custodiantur, utve, quantum

tum fieri poteſt, nitida & ab omni colluvie pura ſint omnia. Auffdaß auch die Kirchhöfe allenthalben / und ſonderlich auff den Dörffern / da ſich Pfarrer oder Glöckner dero darauf wachſenden Gräſerey gemeiniglich brauchen / ehrlich und rein / als ein Schlaff-Hauß der Chriſten / ſo am Jüngſten Tage von Chriſto aufferweckt und ſelig gemacht werden ſollen / gehalten; So ſollen dieſelben mit Mauren / Plancken / Zeunen und Thüren verwahret / und vorm Viehe allenthalben mit Fleiß vermacht werden. Sunt verba in den General-Artickeln *tit. 15.* Idem reperitur in decreto Synodali, §. 42. Nicht weniger gebiethen wir / die Kirchhöfe und Gottesäcker allenthalben ehrlich und reinlich zuhalten / mit Mauren / Plancken / Thüren / auch eiſern oder höltzern Gegittern / über welche das Viehe nicht lauffen kan / zu verwahren &c.

§. 4. Sic & de hoſpitalibus conſtitutum legitur in iisdem articulis generalibus, *tit.33.* §. Und weil ſich &c. Soll hinfort beneben den Verordneten des Raths dem Pfarrer daſelbſt auch die Inſpection und Aufſehen auff die Hoſpital / wie viel derſelben in einer Stadt ſeyn möchten / mit Ernſt / und ohne einige Exception oder Ausrede deren / ſo ſich deſſelben beſchweren / und privilegia vorwenden möchten / aufferlegt und befohlen werden / damit er iedes Jahr zweymahl zu den ordentlichen viſitationibus, wie darinnen haußgehalten / eigendlich und mit beſtändigem Grunde der Wahrheit berichten möge. Quod dicit Sereniſſimus Legiſlator de exceptione aut privilegio, ad quod provocare moris eſſet alicubi, videtur proveniſſe ex doctrina Canoniſtarum tum recepta, non alia ſcil. hoſpitalia ad Epiſcopi inſpectionem pertinere, niſi quæ autoritate ejus conſtituta eſſent.

§. 5. Rectius vero ſentiunt illi, qui ſtatuunt, Hoſpitalia

talia promiscue omnia non esse exempta a visitatione Episcopi, ut maxime eorum curatio plebejis competat, vel etiam exempta sint ab ordinaria diœcesani Præsulis potestate, uti commentatur Antonius Fabritius Bleynianus *de benefic. tit. de Xenodochiis. n. 27.* adeoque concurrere Episcopos cum aliis quibuscunque visitatoribus. Augustin. Barbosa *ad Concil. Trid. sess. 22. de reform. c. 8. n. 7.* Quin & ex sanctorum Patrum exemplis constat, Valetudinaria quondam ac publica egenorum domicilia non alio regi solita moderatore, quam Ecclesiastico, non a profanis, ut hodie, sed ab Episcopis, Sacerdotibus aut Diaconis huic officio præpositis a diœcesano Antistite. Renat. Choppin. *de sacr. polit. lib. 3. c. 5. n. 2.* Et ut maxime Hospitale aliquod non sit institutum autoritate Episcopi, est tamen & dicitur locus pius, quia in eo exercentur opera pietatis. Dan. Moller. *ad part. 2. constitut. 5. n. 7.* Augustin. Barbosa *ad l. 32. C. de Episc. & cler. n. 12.* Pietatis autem ista opera ut debito modo exerceantur, ad Episcoporum pertinet curam atque inspectionem.

§. 6. In genere decrevit olim Eugenius Papa *c. 3. X. de religios. domib. De Xenodochiis & aliis similibus locis per sollicitudinem Episcoporum, in quorum diœcesi existunt, ad easdem utilitates, quibus constituta sunt, ordinentur.* Nec alia mens fuit Hincmari, Archiepiscopi Remensis, dum is Ludovicum, Germaniæ Regem, Caroli fratris sui Regnum occupaturum admonuit, ut Episcoporum inspectioni & directioni subjiceret Hospitalia. *Hospitalia,* inquit, *peregrinorum, sicut sunt Scottorum, & quæ tempore antecessorum vestrorum Regum constructa & constituta fuerunt, ut ad hoc, ad quod deputata sunt, teneantur, & a Rectoribus DEUM timentibus ordinentur, custodiantur, & dispensentur, obtinete. Sed Rectoribus*

ribus monasteriorum & Xenodochiorum, id est, Hospitalium, pracipite, ut sicut Canonica docet auctoritas, & capitula avi & Patris vestri pracipiunt, Episcopis propriis sint subjecti, & monasteria atque Hospitalia sibi commissa ipsorum regant Consilio. Qui Episcopi paternam sollicitudinem eis secundum ministerium illorum studebunt impendere &c.

CAPVT XXV.

Viduarum etiam & orphanorum curam incumbere Superintendenti.

§. I.

VIduarum & pupillorum causæ cum contemptæ sint plerumque atque abjectæ, ipsæque eorum personæ despicatui habeantur, præsidio majori necesse est ut fulciantur, & justo patrocinio subleventur. Tertullianus *lib. 1. ad Vxor. cap. 8. Nam de Viduitatis honoribus apud DEVM uno dicto ejus per Prophetam expeditum est: juste facite vidua & pupillo, & venite, disputemus, dicit Dominus. Duo ista nomina, in quantum destituta auxilio humano, in tantum divina misericordia exposita suscipit tueri pater omnium. Vide, quam ex aquo habetur, qui vidua benefecerit, quanti est vidua ipsa, cujus adsertor cum Domino disputabit. &c.* Et hæc nomina justam habent supplicationis causam, propter quam ad comitatum Principis ire liceat Episcopis miserabilium istarum personarum Patronis. Concilium Sardicense *can. 8. Honestum est autem, ut Episcopi intercessionem his prastent, qui iniqua vi opprimuntur, aut si vidua affligatur, aut pupillus exspolietur: si tamen isthac nomina justam habeant causam aut petitionem.* Prohibentur scil. Episcopi

ſcopi in iſto Concilio, ne ita frequenter & propter qualemcunque cauſam eant ad comitatum Principis, quod nimia frequentia, & importunæ atque injuſtæ petitiones ejus gratiam attenuarent, exceptis cauſis viduarum, pupillorum & aliarum perſonarum injuſte oppreſſarum.

§. 2. Ipſi etiam Imperatores iſtiusmodi perſonis privilegia conceſſerunt, maxime circa judicia. Inter quæ præcipua eminet conſtitutio Conſtantini Magni in *l. un. C. quando Imp. int. pupill. vel vid.* duplex omnino continens privilegium. Vnum, quod ne quidem ex reſcripto Principis cogantur extra provinciam comparere, alterum, quod e diverſo non modo ſuum ordinarium judicem poſſint declinare, ſed etiam ipſius adverſarii, evocando cauſam, per ſupplicationem a judice competente ad Principis tribunal. Et propterea etiam Karolus M. viduarum & orphanorum cauſas præ cæteris obſervari debere in judiciis monet *lib. 3. capitular. c. 2. De judiciis Eccleſiarum DEI, viduarum, orphanorum & pupillorum præcipimus, ut in publicis judiciis non deſpiciantur clamantes, ſed diligenter audiantur. Et lib. 4. c. 46. De pauperibus, viduis, & pupillis injuſte oppreſſis volumus, ut adjuventur & releventur.* Præclarum etiam eſt illud, quod ex conſtitutionibus Regiis viduarum, pupillorum & pauperum cauſæ ante meridiem audiri & definiri debeant, cauſæ vero regiæ aut potentum poſt meridiem, uti patet ex capitularibus Karoli Magni *lib 2. cap. 33. & lib. 4. cap. 16.* itemque ex Concilio Vernenſi I. *can. 23.*

§. 3. Quod ſupra in Sardicenſi concilio ſtatutum fuiſſe diximus, ut Epiſcopi viduis conſilio & auxilio præſto ſint, id deinceps varie repetitum legimus. Secundum

dum canonem istum eadem cura Episcopis mandatur in formula ad eos directa apud Cassiodor. *lib. 11. formular.* *Orphanis viduisque contra sævos impetus debent placita præstari solita.* Sic & Innocentius III. *lib. 1. epist. 37.* *Cum ex injuncto,* inquit, *nobis Apostolatus officio generaliter omnibus & specialiter viduis & pupillis simus in justitia debitores &c.* Imo pertinet hoc ad purum & immaculatum DEI cultum, visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum, *Jacob. I, 27.* visitare, inquit, ἐπισκέπτεσθαι. unde vocabulum ἐπίσκοπος. Idque admonere debet Episcopos in universum omnes, sui muneris esse & ad ἐπισκοπὴν suam pertinere viduarum & orphanorum curam, & per hanc cultum divinum valde promoveri.

§. 4. Ex Concilio Matisconensi II. *c. 12.* constat, judicibus non licuisse sententias ferre in causis viduarum, nisi cum adhibito suffragio Episcopi. *Quid autem,* ita se habent verba, *scriptura divina de viduis & pupillis præcipiat, nobis clam non est. Ideoque quoniam provisioni nostræ, DEO auctore, causæ principaliter viduarum & pupillorum sunt commissæ, pervenit ad nos, quod a judicibus crudelius pro levissimis causis veluti defensore carentes, irremediabiliter affligantur: Ob quam causam decernimus, ut judices non prius viduas & pupillos conveniant, quam Episcopo nunciaverint, cujus sub velamine degunt. Quam si Episcopus præsens non fuerit, Archidiacono vel presbytero cuidam ejus, ut pariter sedentes communi deliberatione causis eorum terminos figant, ita juste ac recte, ut deinceps de talibus antedictæ personæ non conquassentur. Quod si is, qui judex est, aut impetitor eis aut injuriam aliquam ingesserit, aut definitionem tanti concilii transgressus fuerit, a communione suspendatur &c.* Habitum fuit hoc Concilium

autoritate Guntramni Regis, ne quis putet, per decretum istud circulns suos egressos fuisse statuentes.

§. 5. Quæ ita Episcopis olim demandata fuit cura, ea nunc Superintendentibus nostris incumbit. In Ordinatione Ecclesiastica *tit.* von immunitatib. und Freyheiten der Kirchen-Diener. §. Und so sich &c. hæc leguntur verba; Sollen doch die Witwe und Kinder daselbst geduldet/ der Auffenthalt ihnen gestattet/ und sie mit nichten ohne sonderliche hochwichtige Ursachen und Vorbewust des Superintendenten ausgetrieben werden/ darzu unsere Amt-Leute/ Erb- oder Gerichts-Herrn sich neben dem Superintendenten ihrer mit Ernst und Treuen annehmen/ so es die Noth erheischt/ ihnen Vögte und Vormünden gleich andern Witben und Wäisen desselbigen Orts verordnen/ ihren Nutz/ Wohlfarth und Nothdurfft verhandelen/ und ihnen in allen Anliegen mit Rath und Hülffe erscheinen sollen. Ad eundem modum etiam Superintendenti demandata est amicabilis compositio inter novum Pastorem & viduam defuncti circa ea, quæ ex fructuum perceptione nasci possent, litigia, in den General-Artickeln/ *num. 41.*

§. 6. Etsi vero constitutiones istæ de Pastorum viduis agant, non minus tamen etiam aliæ Superintendentis defensioni commendatæ intelliguntur, idque haud obscure innuunt verba: gleich andern Witwen und Wäisen/ propter ἐπισκοπὴν illam, quam generaliter ei commendatam esse dixi. B. Ambrosius, Episcopus Mediolanensis, ut Cæsarem Valerianum pupillum a potentia Maximi Tyranni tueretur, Apostolica libertate armatus, Maximum illum his verbis allocutus fuit *epist. 65. Gloriosum mihi est, hoc pro salute pupilli Imperatoris. Quos enim Episcopi magis, quam pupillos debemus tueri? scriptum est enim, judicate pupillo, & justificate viduam,*

duam, & eruite injuriam accipientem; & alibi: judices viduarum & patres orphanorum. Sic & Gregorius Magnus, cum accepiſſet, quod Calaritana in Vrbe prolixa & perquam moleſta lite vidua quædam vexaretur, Januarium ejus Vrbis Epiſcopum admonuit, ut ejus cauſæ toto ſuo ſtudio faveret, hac addita ratione: *Paſtoralis regiminis neceſſitate compellimur, ut orphanorum viduarumque cauſas ſolertius quam curis cæteris inſiſtamus. lib. 1. epiſt. 62.* Sed quid opus, ut Superintendentis officium in hoc negocio prolixe deſcribamus, cum ex charitate Chriſtiana unusquisque fidelium teneatur viduis & orphanis proſpicere.

CAPVT XXVI.

Superintendentem inſpectionem habere in reditus & adminiſtrationem ærarii Eccleſiaſtici, & propterea rationum redditioni intereſſe debere.

§. I.

IN Eccleſia primitiva, dum in Chriſtianos ſævirent gentilium equulei & cataſtæ, nulli ſtati reditus erant, neque fructus certi ad alimenta Clericis & pauperibus præſtanda. In fidelium pietate omnis ſpes poſita erat, atque illi uni acceptum referebatur, quicquid ad eos ſolatii veniebat. Moris enim tum fuit dari a Chriſtianis ſtipis ſeu eleemoſynæ nomine certam pecuniæ ſummam, pro cujusque & liberalitate & facultatum modo. Oblationes dicebantur. Atque ex illis Epiſcopi Clericis, pauperibus, pupillis, viduis, orphanis, captivis, quantum ad victum ſatis fuit, ſuppeditarunt. Guil. Bevereg. *ad can. Apoſtol. 4. & 41.* Præiverunt nempe ipſi hic Apoſtoli, penes quos ſumma tum temporis

rerum Ecclesiasticarum administratio fuit, eaque deinceps ad Episcopos translata est, quod & ipsi in Apostolorum locum suffecti & subrogati essent. *can. Apostol. 4.* Conf. Joh. Stephan. Durant. *de ritib. Eccles. Cathol. lib. 2. cap. 26. num. 7.* Gabriel Albaspin. *lib. 1. Obs. cap. 5.* Domos, villas, aliaque bona immobilia possidere Ecclesiæ propter gentilium in Christianos odium & perpetuas persecutiones non licuit, maxime illa, ex quibus certi reditus, annuumque vectigal percipi possent. Quod si omnino talia aliqua Ecclesiæ obvenissent, tenebatur illa & consveverat eadem vendere, atque ex pretio inde redacto personis miserabilibus subvenire.

§. 2. Postquam vero Constantinus Magnus Imp. Ecclesiæ Christianæ non pacem tantum dedit, sed etiam latifundia quamplurima, ejusque exemplo excitati alii similia ei donaverunt bona, factum inde, ut Ecclesia illa non venderet amplius, sed retineret, & ex reditibus inde perceptis annua faceret stipendia. Omnium vero istorum bonorum & redituum Ecclesiasticorum dispensatio erat penes Episcopos, neque Clerici & Presbyteri ex facultatibus Ecclesiæ consequi poterant quidquam, nisi ex beneficio & consensu Episcopi, cujus erat & animis hominum, & Ecclesiarum opibus moderari. *Canon. Apostol. 38. Omnium rerum Ecclesiasticarum curam gerat Episcopus, & administret tanquam DEO intuente. Et can. 41. Jubemus Episcopum rerum Ecclesiæ potestatem habere. Si enim preciosæ hominum animæ sunt ei credendæ, multo magis sunt committendæ pecuniæ, ut in ejus sit facultate omnia administrare, &, iis qui egent, per Presbyteros & Diaconos subministrare cum DEI timore & omni religione, etiam, si sit opus, in necessarium suum usum accipere, & fratrum, qui hospitio excipiuntur,*

ita

ita ut ipse nullo modo egeat. &c. Idem repetitur in Concilio Antiocheno *can. 25.* in quo Episcopi simul reddendis rationibus obnoxii decernuntur. Vid. Christoph. Justell. *ad d. can. 25.* Guil. Bevereg. *ad Cod. can. Eccles. primitiv. lib. 1. cap. 4. num. 6.*

§. 3. Sed cum hac ratione idem eveniret Episcopis, quod Apostolis olim, ut a divinorum officiorum executione avocarentur, &, quod Chrysostomus *homil. 86. in Matth.* conqueritur, eo modo in dispensatorum, cauponum, procuratorum, publicanorum, quæstorumque ordinem coacti viderentur, placuit Patribus in Concilio Chalcedonensi congregatis *can. 26.* ut Oeconomi certi instituerentur, qui Ecclesiasticas tractent rationes, uti eos definit Arcadius Imp. in *l. 3. C. Theod. de his, qui ad Eccles. conf.* Quomodo & in Ecclesia Constantinopolitana Magnus Oeconomus apud Georgium Codinum Curopalatam *cap. 1.* describitur, quod sua in potestate omnes Ecclesiæ facultates, omnesque in illis reditus teneat, & tam Patriarchæ, quam Ecclesiæ hac in re dispensator sit. Atque illi dispensare debuerunt res Ecclesiasticas secundum sententiam Episcopi, uti dicitur in *dict. can. 26.* Vnde & rationes reddere tenebantur, quod ex Allatiano typo etiam Oeconomum Magnum apud Constantinopolitanos oportuisse ostendit Jacobus Goar. *ad dictum Codini locum, pag. 10.* Ad hæc de omnibus quater in anno rationem reddit coram Pontifice &c. Vid. Guil. Bevereg. *ad d. can. 26. Chalced.*

§. 4. Episcopo in hoc negocio apud nos æquiparatur Superintendens, & Oeconomis Curatores Ecclesiæ die Kirch-Väter/ oder Kasten-Vorsteher/ uti dicuntur. Quanquam enim Oeconomi olim ex proprio clero eligeren-

tur

tur, secundum canonem Chalcedonensem 26. & fere indignum videretur, Ecclesiasticis rationibus præfici personas laicas. Sed apud nos hodie munus istud etiam laicis committi potest, dummodo sint bonæ fidei, integræ famæ, & honesti nominis. Nec enim aliud quicquam exigitur in tali officio, nisi ut bona fide administrentur bona Ecclesiastica, quæ fides exuberat sæpe apud laicos, deficit apud Clericos. Et hoc præcipue observatum cupit Ordinatio Ecclesiastica in den General-Artickeln / *tit. 35.* Damit den Kirchen und derselben Gütern recht und wohl vorgestanden / und die Kirchen-Gebäude desto baß erhalten / so sollen bey jeder Kirchen feine ehrliche / Gottfürchtige und redliche Leute / zum wenigsten zweene zu Kirch-Vätern den Kirchen zum besten erwehlet werden.

§. 5. Eligendos esse dicit, sed a quo? Id non definitur quidem in isto loco, definitur tamen in der Erledigung der Landes-Gravam. *tit.* Consistorial-Sachen / *num. 15.* Daß vorbemeldte Inspectores (die Superintendenten / Beamte und Gerichts-Herren) sich ihres Amts besser / als bißhero geschehen / erinnern / zu Einnehmern und Verwaltern / Gottesfürchtige / Gewissenhaffte / redliche / angesessene und vorsichtige Männer erwehlen. Quanquam diversis in locis diversa possit esse consvetudo, quæ ubi invaluit, & inveterata est, merito retinetur. Et sic possunt tales curatores ab ipsa tota universitate constitui, ubi ita consvetudine receptum fuerit. Justinianus Imp. *in l. 42 §. 5. C. de Episc. & Cler.* Oeconomos cum judicio & diligenti discussione creari præcipit. Idque judicium atque probationem Episcopis committit. §. 9.

§. 6. Qualiter se gerere debeant Curatores ærarii Ecclesiastici, & quæ ad eorum officium pertineant, non est hu-

hujus loci, ut prolixe exponatur. Quantumcunque vero id fuerit, inspectioni id subjacet tum magistratus loci, tum præcipue Superintendentis. Itaque si ex comparsis fœnori in utilitatem Ecclesiæ exponenda fuerit pecunia, debet id fieri cum præscitu Superintendentis, Sollen sie das mit Vorwissen jedes Orts Obrigkeit/ sonderlich des Superintendenten in Städten/ und in Dörffern Erb- und Lehnherrn/ auch des Pfarrers rechtmäßiger Weise zu thun Macht haben. Nec possunt Curatores isti ex bonis Ecclesiæ alienare quicquam sine præscitu & consensu Superintendentis: Es sollen auch forthin die Vorsteher des gemeinen Kastens keine liegende Gründe oder Güter der Kirchen zuständig alieniren oder erblich verkauffen/ ohne ersuchten Rath und Erlaubniß jedes Orts Hauptmans/ Erb- oder Lehnherrns/ Schössers/ Bürgermeisters/ Raths und Superintendentens/ und da solche alle einhellig auff die erbliche Alienation schliessen werden. &c. Nec possunt adeo arbores cæduas ex sylva, quæ Ecclesiæ propria est, vendere: Da auch die Kirche eigen Holtz hat/ sollen die Kirchväter ohne des Collatoris, Pfarrers und Superintendenten/ oder ordentlichen Visitatorn Wissen und Willen kein Holtz darinnen hauen lassen/ noch daraus verkauffen. Quæ omnia ita recensentur *d. tit. 35.* der General-Artickel.

§. 7. Sic neque possunt Administratores illi ædificium aliquod sine Superintendentis concessione erigere, uti id diserte prohibitum est in Decreto Synodali, §. 79. So begehren wir/ wenn hinführo Extraordinar Ausgaben zu bauen/ oder für Arme/ oder sonsten vorfallen/ das solches allezeit mit Vorbewust des Pfarrers/ auch nach Gelegenheit/ und wenn es einen Haupt-Bau oder hohe Summa betrifft/ (In decreto Synodali antiquiori hæc summa explicatur, so sie

 über

über 5. Gülden läufft) mit Einwilligung des Superintendenten geschehen / anderer Gestalt auch die Ausgabe den Vorstehern und Kirchvätern nicht in Rechnung passiren sollen. Qvin & in venditione fructuum ex bonis & prædiis Ecclesiæ perceptorum Superintendentis inspectio hoc exigit, ut quam optime & quanti plurimi vendantur, neque ex iis Curatores suis culinis pro precio oppido vili prospiciant. Quam in rem pergit Decretum Synodale §. 80. Bösen Verdacht des Eigennutzes und Abbruch der Geistlichen Güter zu verhüten/ sollen die Kastenherrn/ Vorsteher / Hospital-Verwalter und Kirchväter künfftig diejenigen Früchte / die sie Amtswegen einzunehmen haben/ so wohl Decem und Zinse an Wein / Getreide/ Viehe/ Hünern und dergleichen nicht für sich selbst umb ein geringes Geld behalten/ sondern dem höchsten Werth nach verkauffen/ die Pfarrer und Superintendenten auch genaue Achtung darauf geben. Et sic etiam de Oeconomis constituit Justianus Imp. in *l. 42. §. 5. C. de Episc. & Cler.* Qvacunque in re videbuntur res Ecclesiasticas minuisse vel læsisse vel proprium quæstum qvæsisse, hoc Ecclesiasticas rebus restituent.

§. 8. Cæterum ut eo plenius constet, quantum Superintendentis cura circa bona Ecclesiastica comprehendat, lubet adscribere verba ex resolut. gravam. *tit. Consistorial*-Sachen. *num. 15.* quæ sic habent: Hiemit ernstlich befehlende/ daß vorbemeldte Inspectores (Superintendenten/ Beamte und Gerichtsherrn) sich ihres Amts besser/ als bißhero geschehen/ erinnern/ zu Einnehmern und Verwaltern Gottfürchtige / gewissenhaffte/ redliche / angesessene und vorsichtige Männer erwehlen / richtige Inventaria über solche Stifftungen/ Rechte/ Gerechtigkeiten und Einkünffte an Gelde / Getreidicht und anderen Pertinentien aufrichten/ jähr-

jährlichen bald nach Michaelis/ oder wie es sonst an einem/ oder andern Ort herkommen/ getreue Rechnung über Einnahme und Ausgabe absordern/wohl überlegen/ und da sich Mängel befinden/ dieselben justificiren/ was an solchen Einkünfften gangbar/ mit allem Fleiß eintreiben / und aus Nachläßigkeit oder unziemendem Vorsatz / keine Reste aufwachsen/ auch was etwan daran ungangbar/ steckend oder streitig ist/ von neuen nach aller Möglichkeit in Gang bringen / und da ein Uberschuß vorhanden umb landübliche zugelassene Verzinsung vorsichtiglich ausleihen/nicht aber ohne Erkäntnis des Obern oder anderer Consistorien selbsten an sich ziehen/ fürnehmlich die Capitalia mit gnugsamen Pfanden/oder solchen unbeweglichen Gütern/ an welchen zureichende und beständige Erhohlung ist / und die andern vorhin nicht verpfändet / auch nicht leichtlich in einen Unwerth gerathen/ oder durch vermuthliche Schäden gantz verderbet werden können/ gnugsam versichern / und also solchen geistlichen Stifftungen zu Schaden und Nachtheil nicht das geringste vorgehen lassen/ sondern dieselben vielmehr durch fleißige Auffsicht/und gebührende Sorgfalt/ darzu sie ihre Amtspflichte ohne das verbinden/in guten Stand erhalten/und so viel möglich/ vermehren sollen.

§. 9. Potissimum vero illa Superintendentis inspectio sese exserit tum, quando curatores ærarii Ecclesiastici rationes reddunt suæ villicationis. Ita namque jus est, ut omnis administrator rei alienæ, quomodocunque administret, vel gerat, ad rationes reddendas teneatur, sive sit administrator rei sacræ, sive prophanæ, tam publicæ, quam privatæ. Matth. Wesenbec. *consil. 47. n. 1. 2.* Munnoz de Escobar *de ratiocin. administ. c. 3. n. 31.* Franc. Niger. Cyriac. *controv. forens. 51. n. 57.* Et quia ergo o-

mnes illi causarum piarum administratores, de quibus hactenus diximus, in alienis negociis versantur, non possunt illi rationum redditionem defugere, quippe quæ & Oeconomis olim injuncta fuit, in *l. 42. §. 5. C. de Episc. & Cler.* Et generaliter hinc constituit Justinianus *Novell. 123. c. 23. Oeconomos & Xenodochos, nosocomos, ptochotrophos & aliorum venerabilium locorum gubernatores & alios omnes clericos jubemus pro creditis sibi gubernationibus apud proprium Episcopum, cui subjacent, conveniri, & rationem suæ gubernationis facere & exigi, quod ex ipsis debentes ostenduntur illi venerabili reddendum domui, ex cujus ordinatione debitum apparuerit &c.* Et in hoc nempe tutorum & curatorum funguntur officio, *Novell. 131. c. 15.* qui & ipsi ad rationum redditionem tenentur. §. *fin. Inst. de Attil. tut. l. 1. §. 3. ff. de tut. & ration. distr.*

§. 10. Idem de nostris quoque ærarii Ecclesiastici curatoribus constitutum in den General-Artickeln / *n. 35.* Die alles Einkommens und Ausgebens richtige Register halten / und dasselbe auch jährlich für ihren Erbherrn / Pfarrer / Richter und Eltesten der Gemeinde / in Gegenwart des ordentlichen Visitatoris verrechnen. Itemque de præfecto Hospitali sub *num. 33.* §. Zum dritten. Deshalben er auch jährlich gute erbare / unterschiedliche und aufrichtige Rechnung für dem Rath in Gegenwart des Pfarrers unnachläßlich thun soll. Nec audiendi sunt illi, qui ex *l. 32. C. de Episc. & Cler. in fin.* confici posse putant, orphanotrophos rationum redditioni non esse obnoxios, siquidem iste textus ita explicandus est, quod non teneantur rationes reddere orphanis, teneantur autem Episcopo, uti recte commentatur Dionysius Gothofredus *ibid.* Joh. Brunneman. *eod.* Add. Joh. Heeser *de rat. redd. loc. 1. n. 3. 4.*

§. 11. Oeconomi Ecclesiæ olim singulis annis rationes reddere tenebantur, *l. 42. §. 5. C. de Episc. & Cler.* Et ad hoc exemplum etiam Curatores ærarii Ecclesiastici apud nos singulis annis rationes reddere jubentur *d. l.* Die alles Einkommens und Ausgebens richtige Register halten/und dasselbe auch jährlich --- -- verrechnen. Et porro : Und es soll von den Amtleuten/ Lehnherrn/ neben den Erbherrn/ Superintendenten, Pfarrern und den Gemeinden auf den Dörffern berührte Kirchrechnung jährlich und richtig gehalten werden. In decreto Synodali de anno 1624. annua ista rationum redditio districte præcipitur, & prohibetur, ne in longius aliquod tempus differatur, §. Damit nun &c. Die Rechnung auch nicht in 2. 3. 4. oder mehr jahren/ sondern jährlich mit Zuziehung des Pfarrers und jedes Orts Superintendentens gehalten/ &c.

§. 12. Id tamen quoad Superintendentem limitatur in resolutione gravaminum, *tit.* Consistorial-Sachen. *num. 3.* propter inopiam quarundam Ecclesiarum, quæ sumptibus ferendis haud sufficiunt : Und ob zwar nach Anleitung der General-Artickel jährliche und richtige Rechnung auf denen Dörffern zu halten / wo was streitig/ zu erforschen / und solches in Beysenn und mit Hülffe der Lehn- und Gerichts-Herrn/ derer keiner auszuschliessen/ beyzulegen; So soll doch an denen Orten/ da der Kirchen Armuth bekant/ oder sich keine sonderbahre Gebrechen ereignen/die Rechnungen nach Befindung dergleichen Umbstände / zu Ersparung Unkosten / ohne Beysenn des Superintendentens vorgenommen/ ihme aber dieselben/ wenn sie vom Lehn-und Gerichtsherrn / wie auch dem Pfarrer unterschrieben/ zu seiner Censur, und ebenmäßigen Subscription zugeschickt/und vor seine Bemühung 12. gr. von der Kirchen Einkommen gereichet werden. Insistit adhuc Se-

renissimus Legislator spatio annuo rationum redditioni destinato, neque defert petitioni supplicantium Nobilium, Daß zu Verhütung unnöthiger Kosten denen Patronis nachzulassen/ die Kirch-Rechnungen nach Befindung der Umstände/ in drey oder vier Jahren auf einmahl zusammen zuziehen. Sed absque Superintendente rationes istas reddi permittit, quod majores sumptus alias faciendi sint, quos evitari interest Ecclesiæ.

§. 13. Patet vero hinc, præsentiam Superintendentis non semper esse necessariam, dum tamen non excludatur prorsus ab inspectione rationum, quæ jam redditæ in loco administrationis magistratui & communitati fuerunt. Quanquam si ita receptum fuerit longa consvetudine, ipse etiam Superintendens prorsus præteriri queat. Eoque pertinent verba, quæ *dict. num. 3.* sequuntur: Würden auch diejenigen von Adel aus dem Thüringischen Creyß/ welche vorgeben/ das Sie die Superintendenten zu ihren Kirchrechnungen zu ziehen nicht schuldig/eine beständige Verjährung/binnen einer geraumen/und beniemten Frist/ gebührlich beybringen / sollen sie darbey gelassen/ und darwieder nicht beschwehret werden. Aliquando vero ita temperata hæc res fuit, ut per trieterides Superintendens rationibus istis præsens adsit, reliquæ vero, quæ annua die reddi solent, ei cum necessariis appendicibus transmittantur. Uti ita dispositum legitur *eod. num.* de Superintendente Weidensi, Daß besagter Superintendens denen Kirchrechnungen in Berga alle drey Jahr einmahl in Person beywohnen/ binnen solcher Zeit aber ihme die gehaltene Rechnungen jährlich acht Tage hernach/ als solche abgeleget worden/ neben denen streitigen Puncten mit der Patronen Bedencken und Gutachten zur Revision und Censur durch den Pfarrer und Kirchväter zu Berga überbringen lassen sollen. §. 14.

§. 14. Est vero hoc insuper notandum, non Superintendentes tantum, sed etiam patronos & magistratus & dominos loci rationibus reddendis adesse debere, neque Superintendentes hic quicquam præcipui habere, tantum abest, ut directorium aliquod sibi arrogare liceat. Diserte id sub *eod. num. 3.* prohibitum: Daß die Superintendenten vor allen Dingen mit denen Collatoribus Lehn- und Gerichtsherrn ohne Anmaßung einiges directorii sich freundlich vernehmen und eines gewissen Tages wegen Ablegung der Rechnung und Anhörung der Probpredigt gütlichen vereinigen/ und also unnöthigen Mißverstand verhüten sollen. Omnium enim hic æqua debet esse conditio, omnium una debet esse cura, ut bona Ecclesiæ bene administrentur, & ut corrigatur, quod corrigendum fuerit.

§. 15. Cæterum etiam de sumptibus in actu tali faciendis certum quid constituere oportuit, quod profusiores aliquando & excessivi impensi fuissent. Qvemadmodum autem Episcopo aut Superintendenti visitanti debetur procuratio, ita etiam, si rationes reddendæ fuerint, epulum aliquod præberi æquum est, quod ipsa hæc rationum redditio speciem visitationis sustineat, & tota dies plerumque ei impendenda sit. Ne ergo leges sumtuariæ violentur, aut bona Ecclesiastica prodige dilapidentur, hunc ei modum præscripsit *sub eod. num. 3.* Serenissimus Legislator: Damit nun hierinnen ferner Mißbräuche nachbleiben/ der Superintendens und Beambte bey Abhörung der Kirchrechnung und andern der Kirchen obliegenden Sachen desto sorgfeltiger/ (wiewohl Sie ihre Amtsschuldigkeit ohne das darzu verbindet) sich erweisen möchten; So seynd wir gnädigst zufrieden/ daß hinfüro bey Abhörung der Kirchen-Rechnung denen Superintendenten/ Beamten und Räthen in Städ-

Städten/neben Speiß und Tranck/ so jedoch über anderthalben/ oder zum höchsten über zwey Thaler nicht kosten soll/ einem jeden ein Thaler aus dem Gotteskasten gereichet/ ein mehres aber wegen Reisegebühren/ Fuhrlohn/oder sonsten nicht genommen/noch andere Personen/so bey Abhörung der Rechnung nichts zu verrichten/ darzu gezogen werden sollen.

CAPUT XXVII.

Superintendentem teneri jura & privilegia Pastorum suorum tueri.

§. 1.

NUlla unquam gens fuit tam aliena a pietate, quæ templorum atque Ecclesiarum vacationem non studiose foverit, concessa Sacerdotibus suis religionis intuitu immunitate. Busiris, crudelissimus Ægyptiorum Tyrannus, tantum tamen pietatis specimen exhibuit, ut Sacerdotes immunes esse ab omnibus oneribus voluerit, testante Isocrate *in Busirid.* Non permisit Artaxerxes, ut quis ullum Levitico ordini tributum imponeret, *Esr. VII, 24.* Edixit Romulus, ut Sacerdotes a militaribus officiis, cæterisque muneribus & præstationibus publicis immunes & liberi essent. Dionys. Halicarn. *lib. 2.* Coi, cum tributorum immunitatem ab Imperatore Claudio peterent, insulam suam Æsculapii veneratione præcipue commendarunt, ac refert Tacitus *lib. 12.* Claudium hoc potissimum respectu voluisse, ut omni tributo vacui Coi sacram & tanti dei ministram insulam colerent. Et sic etiam in Gallia Druides olim omnium munerum ac tributorum vacationem habuerunt. Jul. Cæs. *lib. 6. comment.*

§. 2. Ad Christianos cum summa rerum pervenisset, non

non minus illi Clericis favere cœperunt concessa immunitate ab omnibus oneribus personalibus. Celebris in hanc rem est epistola Constantini Magni Imp. ad Anulinum Proconsulem Africæ apud Eusebium *lib. 10. hist. Eccles. c. 7.* & Nicephor. *lib. 7. cap. 42.* & in ea verba: *Quocirca eos homines, qui intra provinciam tibi creditam in Ecclesia Catholica, cui Cæcilianus præest, huic sanctissimæ religioni ministrant, quos Clericos vocare consveverunt, ab omnibus omnino publicis functionibus immunes volumus conservari, ne errore aliquo aut casu sacrilegio a cultu summæ divinitati debito abstrahantur, sed ut potius absque ulla inquietudine propriæ legi deserviant.* Qua eadem ratione vetus Ecclesiæ disciplina ne pupillorum quidem tutelam iis mandari voluit *l. 52. C. de Episc. & Cler. cum propter hoc ipsum eis beneficium indulgeamus, ut omnibus aliis derelictis Dei omnipotentis ministeriis inhæreant.* Eamque rationem desumptam ait Antonius Mornacius *ad d. l. ex 1. Cor. VII, 35.* ubi considerat verbum ἀπερισπάστως, quod significat juge, nec interpellandum intercalandumve ministerium, ut discant hinc clerici, assiduos se esse debere in ministerio, & propter hanc assiduitatem mereri se privilegia ab Imperatoribus concessa. Plura vel Constantini vel aliorum Imperatorum privilegia jam non adducam.

§. 3. Laudatissima hæc Imperatorum exempla secutus Serenissimus Saxo multa istiusmodi privilegia clementissime contulit in Ordinem Ecclesiasticum, qualia nonnulla enumerantur in Ordinatione Eccles. *tit.* von immunitatibus und Freyheiten der Kirchen-Diener. Et ex isto simul titulo patet, Superintendentis inspectioni commissum esse, ut ista privilegia concessa tueatur, neque infringi ab aliquo patiatur. Ita e. g. ad Superintendentem spe-

ctat prospicere, ne in actionibus personalibus Clerici ad forum seculare trahantur, Pastoribus ægrotantibus subvenire, & vicarios interim in actibus ministerialibus constituere, propter potum ab collectis exemptum unicuivis Pastori testimonium exhibere, viduis clericorum ope auxilio & consilio assistere, & talia plura expedire, quæ promovendo cultui divino, & Ecclesiæ saluti quoquo modo facere videntur.

§. 4. Quod vero de causa & ratione privilegiorum concessorum dixi, data scil. ideo, ut jugi & assiduo ministerio cultui divino inserviant, neque abstrahantur per occupationes civiles & seculares, eam etiam inculcat Serenissimus Saxoniæ Legislator in den General-Artickeln/ *tit. 16.* vom Leben und Wandel der Pfarrer &c. verb. Ihres Amts und Studierens fleißig abwarten/ Sauffens/ Spielens/ unversöhnlichen Hasses/ Zanck/ Haders/ Unzucht/ Spatzirengehens und Ausreissens/ auch anderer Leichtfertigkeit/ wie auch der Tabernen und Schenck-Häuser enthalten &c. Et nec olim quidem licuit Clericis sine permissione Episcopi a sua parochia abire longius, aut moram alibi sine indultu nectere, quod diserte prohibuit Concilium Laodicenum *can. 41. & 42.* Cum quo conferri potest Concilium Nicænum *can. 16.* Antiochenum *can. 3.*

CAPVT XXVIII.

Synodum cogere ex Pastoribus sibi subjectis non esse usquequaque licitum Superintendenti.

§. 1.

DE conciliorum & synodorum utilitate varie se habent sententiæ veterum, quas excutere nunc nihil attinet.

Neque

Neque de speciebus Synodorum ut prolixe hic agamus, nostrum patitur institutum. Sola enim huc pertinent concilia Episcopalia, quæ ab Episcopo in sua diœcesi inter suos Pastores & clericos celebrantur. Ea olim valde commendata fuerunt, quod in illis potissimum tractarentur ea, quæ ad cujusque mores & conversationem pertinebant, quodque ita in suo vigore optime conservari potuerit disciplina Ecclesiastica. Laudaturque hinc Geraldus Archiepiscopus Bracarensis, quod in Episcopatu suo proprio synodos frequentius celebraverit, plebis sibi commissæ vitia, clericorum offensas, precibus humilitatis obsecrando & zelo disciplinæ arguendo, viriliter resciderit, uti in historia ejus refert Bernaldus Archidiaconus apud Dn. Stephan. Baluzium *tom. 3. miscell. pag. 183.*

§. 2. Nec enim negari potest, plurimum prodesse Ecclesiis ejusmodi conventus, sicubi expediantur ea debito modo, quæ ex præscripto peragere oportet. Argumentum, quod in illis tractari debet, fere coincidit cum illo, quod visitationi proprium est. Non enim doctrina tantum & mores Pastorum exploranda sunt, sed de auditoribus etiam, qualiter se habeant tum intra se, tum adinvicem examen instituendum est, emendandumque omne id, quod Ecclesiasticam disciplinam quoquomodo labefactare visum fuerit. Inde est, quod vocabulum synodi etiam pro visitationis actu sumatur quandoque. Et sic duplex quodammodo statuenda erit synodus. Vna quam Episcopus in civitate sua agebat, ad quam venire tenebantur Presbyteri ex rusticanis parœciis, pro inquisitione ministerii sui. Altera, quam Episcopus vel ejus ministri tenebant in unaquaque Ecclesia, cum visitationis munus obibant, in qua Presbyteri reddebant rationem ministerii

 sui

sui, & in qua judicabantur causæ synodales uniuscujusque parœciæ. Vid. Dn. Steph. Baluz. *ad Reginon. lib. 2. cap. 1.* In priori specie nostra hic potissimum occupata est consideratio.

§. 3. Putavit vero etiam Serenissimus Saxo aliquando, ex talibus Synodis multa in Ecclesias redundatura emolumenta, & propterea constitutione sua, quæ extat in articulis generalibus anno M D LVII. editis, *tit.* von Wahl und Amt der Superattendenten, hanc promulgavit legem: Darüber soll ein jeder Superattendens nach seiner und der benachbarten Pfarrer Gelegenheit/ alle Jahr zwischen Ostern und Pfingsten einen Synodum halten/ und darzu beruffen aus den Städten/ Flecken und Dörffern alle Pastores, so in seine Superattendenz gehören / und sich darinnen ihrer Lehr und Sitten / auch anderer vorfallenden Gebrechen erkundigen/ dieselben in Besserung richten/ insonderheit auch ihre Relation hören / wie sie ihre Pfarr-Kinder in Examine befunden/ und was sie sonst vor irrige Sache anzuzeigen haben. Und da etwas fürfiele/ daß er nicht verrichten könte/ soll er das an das Consistorium, dahin die Person und Sachen gehörig / weisen und gelangen lassen. -- -- Er soll auch solche seine Nachtbarn im Synodo freundlich vermahnen zu fleißigen Studieren und Lesen/ zu einem tüchtigen Wandel/ zu treuen Dienste in ihren befohlnen Amte und Beruff/ zu freundlicher Einigkeit/ und da nach Gelegenheit der Zeit andere mehr Erinnerung Trost und Unterricht den Dorff-Pfarrern von nöthen seyn würde / als vor gemeine Noth / oder vorstehende Gefahr von der Cantzel und sonst zu bitten/ soll er dasselbige auch mit Vernunfft und Bescheidenheit zu thun sich befleißigen.

§. 4. Sed quod de Synodis Episcopalibus in Ecclesia La-

Larina observavit Jacobus Cujacius *ad cap. 29. X. de prabend.* in illis celebrandis diligentiores esse Episcopos, quam in metropolitana & provinciali Archiepiscopos, hac addita ratione, quia in illis ab omnibus vocatis præstari debet synodaticum uti vocatur, h. e. census, qui Episcopo a Clericis ad annuas Synodos venientibus, venire autem omnino tenentur, pendi solet, ut adeo Episcopales illæ synodi non tam ad coercendos Presbyteros ac reliquos clericos, si qua parte in canones peccassent, quam propter perceptionem istius pensionis deinceps haberentur: idem fere in Superintendentium synodis contigisse atque sic in corruptelas bonam Legislatoris intentionem abiisse, sane dolendum est. Obtinuit scilicet circa istam legem, quod scribit Augustinus *epist. 5. ad Marcellin. Non itaque verum est, quod dicitur, semel recte factum nullatenus esse mutandum. Mutata quippe temporis causa, quod recte antea factum fuerit, ita mutari vera ratio plerumque flagitat &c. quia utrumque tunc erit rectum, si erit pro temporum varietate diversum.* Idque non solum in civilibus, sed etiam Ecclesiasticis legibus usu venire, longa experientia docuit. Vid. Abonis Abbatis *canones cap. 8.* apud Joh. Mabillon. *analect. tom. 2. pag. 268.*

§. 5. Observatum siquidem fuit, non modo non utiles Ecclesiis fuisse istos conventus, sed etiam in detrimentum earum magis cessisse, tum quod expediri intra spatium temporis ei rei destinatum haud potuerint, quæ præscripta in isto genere fuerunt, tum quod expensæ faciendæ essent Ecclesiis temere plane & sine ullo fructu, neque tam cordi esset quibusdam Superintendentibus Ecclesiarum cura, quam ut ἔρανον acciperent a singulis Pastoribus conferendum & instructo convivio consumendum. Ista cum præ-

ter opinionem contingere vidisset Serenissimus Legislator, legemque suam effectu intento destitui animadvertisset, in alia omnia ire, & legem istam prorsus abrogare maluit, uti videre licet ex Ordinatione Ecclesiastica *tit.* vom Synodo bey unsern Ober-Consistorio. Præmittit illic ad verbum legem istam a se olim latam, nunc antiquandam, ut eo magis inclaresceret suæ istius constitutionis scopus & bona intentio, & quantum emolumenti ex ea expectari potuerit, si quidem proficere per illam licuisset.

§. 6. Tum vero pergit: Dargegen aber wir sammt unsern lieben Unterthanen im Wercke befunden/ daß auff solchen Weg den Kirchen und Schulen in unsern Chur-Fürstenthum und Landen weder gerathen noch geholffen/ daß solche Synodi nicht allein unnützlich/ sondern auch mehrmahls mit grossem Aergerniß/ Nachtheil und Schaden der Kirchen gehalten/ weil in so grosser Anzahl der Pfarrer und Kirchen-Diener unmüglich/ daß auff einen Tag/ da gleich derselbige einig und allein mit solcher fleißiger Nachforschung von Morgen biß auff den Abend zugebracht/ aller Kirchen Gebrechen/ Fehle und Mängel an Lehrern und Zuhörern alleine angehöret/ bedacht und mit Erinnerung und Vermahnung die Gebühr vorgenommen werden mögen/ da auch keine Pfarrer sich selbst anklagen/ noch viel weniger ein Nachtbar vor dem andern/ da er gleich was wüste/ so doch seine Person nichts angienge/ vor allen versammleten Pfarrern anzeigen würde/ da er in seinem Amte unfleißig oder untreu/ oder sonsten ärgerliche Sachen vorhätte/ mit welchen/ wie zu besorgen/ wohl etliche Superattendenten selbst auch mehrmahln verwickelt gewesen seyn mögen/ die nicht weniger und offtmahls viel mehr/ denn die ihnen untergebene Pfarrer ernstlicher Erinnerung und Vermahnung ihres Unfleisses in Studieren/ auch Un-

Untreu im Amte und ärgerlichen Lebens halber bedörfft/ die sie den andern Pfarrern und Kirchen-Dienern thun sollen/ der Ursach auch wenig oder nichts solcher ärgerlichen Sachen halber an die Consistoria, Regierung oder an uns gelanget/ und also ungestrafft mit grossem Aergeniß der Kirchen/ so lange getrieben werden/ biß das Feuer unter das Dach kommen/ und solchem Schaden schwehrlich mehr zu wehren gewesen. Dabey aber grosser Unkosten auff solche Synodos gewendet/ damit die Kirchen zum höchsten beschweret/ und denselben gleichwohl solcher Gestalt gantz und gar nichts gerathen/ haben wir vor dieser Zeit diese Verordnung gethan/ daß hinführo solche jährliche Particular Synodi gäntzlich abgeschaffet/ und nicht mehr gehalten werden sollen/ darbey wir es nochmahls bleiben lassen/ und hiermit wiederum erhohlet/ und ernstlich befohlen haben wollen/ daß hinführo die Superattendenten die Pfarrer und Kirchen-Diener ausserhalb unsern besonderen Befehlich nicht mehr zusammen fordern/ noch solche Synodos oder conventus halten/ sondern gäntzlich darmit in Ruhe stehen sollen.

§. 7. Etsi vero hæc constitutio nullibi mutata, nec diversum quid statutum inveniatur, invaluit tamen in quamplurimis diœcesibus Saxonicis ea consuetudo, ut Superintendentes cum suis Pastoribus in unum conveniant, & disputatione inter se de certis fidei articulis habeant, typis etiam quandoque excusas in publicum emittant. Quæ res uti improbari prorsus nequit, dummodo ne Ecclesiasticum ærarium nimis gravetur, quod fieri quandoque per ambitionem & avaritiam Superintendentium solet: ita, ubi receptum id non est, caute omnino atque sollicite, nec nisi sub certis limitationibus id permitti debet,

bet, quod ſæpe non tam commodum Eccleſiæ, quam lucellum aliquod, aut convivandi occaſio intendatur.

§. 8. Quapropter cum ex noſtris Superintendentibus non nemo ſuperioribus annis ſynodum talem cogere ex ſuis Paſtoribus ſecum conſtituiſſet, idque, ut ſibi permitteretur, Conſiſtorium noſtrum imploraſſet, hoc a nobis recepit Reſcriptum *menſ. Mart. 1681.* Wir haben uns aus eurem an uns erſtatteten Bericht vom 22. abgewichenen Monats mit mehrern vortragen und verleſen laſſen / wie ihr mit euren untergebenen Paſtoribus je zuweilen ex libris Symbolicis ein Colloquium zu halten / oder aber ein Thema Theologicum zu elaboriren auff eure Koſten cenſiren und drücken zu laſſen euch fürgenommen / und dahero diesfalls um unſer Zulaſſen gebührend anſuchet. Nun können wir zwar ſolch fürhabendes Exercitium, daferne es den Predigern euerer Inſpection zum beſten / und zu mehren Fleiß ihrer Studien angeſehen / und nicht etwan ein eigen Nutz mit unterlauffen möchte / gar wohl geſchehen laſſen. Ihr werdet aber den Synodum jedesmahl zu ſolcher Zeit anſtellen / daß die Paſtores von ihrer Amts-Arbeit nicht verhindert / auch weder ſie / noch weniger die armen Kirchen mit neuerlichen Auflagen / ohne abſonderlichen Beytrag zu ordentlichen Ausrichtungen beſchweret werden. Demnach iſt hierauff an Statt &c. hiemit unſer Begehren / ihr wollet euch hiernach gebührend achten / und denen euch untergebenen Paſtoribus dieſe unſere Reſolution Buchſtäblich eröffnen / und ſie zu ſchuldigem Fleiß und Abwartung ihres Studierens anermahnen. An deme &c. Eventus hic fuit, quod omnis deinceps de ſynodo habenda evanuerit cogitatio.

CAPUT

CAPUT XXIX.

Defuncto aliquo Pastore suæ diœceseos aut morbo vel senectute confecto, quid faciendum Superintendenti.

§. 1.

Viduatam dixit Ecclesiam Joh. Paulus Lancellottus *lib. 6. Instit., tit.* §. 2. quæ nullum habet Pastorem, cujus Pastor decessit. Quæ denominatio rationem sine dubio habet ex eo, quod Conjugium aliquod spirituale intercedere dicatur inter Pastorem & Ecclesiam, idque vinculum simile esse fingatur conjugio carnali plane indissolubili, adeo ut adulterium committere dicatur Episcopus vel Presbyter, qui suam repudiat Ecclesiam & ad aliam transit, uti alibi pluribus explicavi. Quemadmodum igitur mulier a viro separata, eo privata, seu orbata marito, vidua dicitur, auctore Macrobio *1. Saturnal. 15.* ita etiam in matrimonio hoc spirituali viduata vel vidua dicitur Ecclesia, quæ suum amisit Pastorem. Quemadmodum porro viduarum patroni & defensores esse debent Superintendentes, uti supra explicavi: ita etiam Ecclesiarum viduatarum cura non minus ad Superintendentem pertinet.

§. 2. Simul atque igitur in sua diœcesi defunctus aliquis fuerit Pastor, in duobus præcipue occupatum esse debet officium Superintendentis, alterum, ut Consistorio denunciet, vacare nunc Ecclesiam propter obitum sui Pastoris: alterum, ut vicinis Pastoribus interim dum de successore res plana fiet, curam animarum committat. Utrumque ita constitutum legitur in Ordinatione Ecclesiastica, vom Beruff und Annehmung der Kirchen-Diener &c. Ist erstlich unser ernster Will und Meinung / so offt eine

Pfarre/ Diaconat, oder andere Kirchendienst durch Absterben des vorgehenden/ oder in andere Wege erlediget/ daß vermöge unserer Verordnung alsbald durch den Superintendenten/ dahin solche Pfarr/ oder Kirchendienst gehörig/ in das Consistorium, dem er unterworffen/ auff welchen Tag der vorgehende Kirchendiener mit Tode abgangen/ oder sonst der Kirchendienst sich erlediget/ geschrieben werde/ darnach sich das Consistorium mit Bestellung desselben/ so viel Ihnen befohlen/ zu richten wissen möge. Zum andern/ soll der Superintendens unverzüglich die Verordnung thun/ damit alsbald die Kirche durch die benachbarten Pfarrer/ und unverdächtige Personen mit den ordentlichen Predigten/ Austheilung der heiligen Sacramenten/ und allem/ was solchen anhanget/ und darunter begriffen/ nach Nothdurfft bestellet/ auff daß aus Mangel derselben/ in Nothfällen Niemand an seiner Seelen Seligkeit versäumet werde. &c.

§. 3. Receptum ita jam diu fuit in Ecclesia, ut si quis decessisset Pastor, id denunciaretur superiori, ut interim vacanti Ecclesiæ prospiciat. Facit eo epistola Hincmari Metropolitani, quæ extat inter formulas antiquas promotionum Episcopalium *tom. 2. Concil. Gall. pag. 638. Septimo idus Junii circa horam secundam, venerunt tres Clerici & duo Laici Silvanectensis Ecclesiæ ad exiguitatem meam, innotescentes, eandem Ecclesiam fratre & consacerdote nostro Erpoino defuncto, viduatam esse Pastore. ferentes etiam ipsius Ecclesiæ tam cleri quam plebis petitionem, ut eis Pastor secundum sacras regulas tribuatur &c.* Qui in Cathedrali Ecclesia sufficiebantur interim in locum Episcopi vel demortui, vel propter crimen a communione suspensi aut remoti ad obeunda in ea diœcesi Episcopalia munera, donec alius Episcopus eligeretur, ipsique etiam

tiam electioni præerant, Visitatores dicebantur. Vid. Dav. Blondell. *apol. de Episcop. & presbyt. pag. 128. in marg.* Petr. de Marca *de concord. sacerd. & imp. lib. 6. c. 3. n. 4.*

§. 4. Fieri vero potest, ut etiam alia subinde occurrant, quæ in tali casu expedire oporteat Superintendentem. Quid enim, si Pastor defunctus in custodia sua habuit pecuniam ad Ecclesiam spectantem, uti quidem nonnullis in locis fieri consvevit? Utique pecunia illa avocanda erit ab heredibus, & tradenda illis, qui curatores dicuntur rerum Ecclesiasticarum. Eadem est ratio Instrumentorum & aliorum documentorum Ecclesiæ jura continentium, quæ & ipsa ut in locum magis tutum transferantur, caveri omnino debet. Quo & pertinent scripturæ aliæ, sint licet privatæ, quibus vel ipse Pastor defunctus, vel ejus antecessores Ecclesiæ suæ statum & conditionem consignarunt. Quæ omnia ut ad successorem aliquando veniant, sollicite prospicere debet Superintendens.

§. 5. Quod si Pastor aliquis morbo diuturno, unde nulla omnino restitutionis spes apparet, correptus aut senio confectus fuerit, Superintendentis partes sunt, ut fieri faciat Substitutum, per eos scil. ad quos ea res pertinet. Qui substitutus coadjutor aliquando dictus fuit, *c. 3. X. de cleric. ægrot.* Quin & eo casu, quando morbus non fuerit desperatus, sed querquera aut alia febris Pastorem infestaverit, Superintendens nihilominus sollicitus esse debet, ut interim Ecclesiæ de cura animarum prospiciatur. Disertus est textus in *d. c. 3.* qui in ipsa ratione naturali suum habet fundamentum: *De Rectoribus Ecclesiarum lepræ macula usque adeo infectis, quod altari servire non possunt, nec sine magno scandalo eorum, qui sani*

 sunt

ſunt; Eccleſias ingredi, hoc volumus tenere, quod eis dandus eſt coadjutor, qui curam habeat animarum, & de facultatibus Eccleſiæ ad ſuſtentationem ſuam congruam recipiat portionem.

§. 6. Et ita in noſtris quoque Eccleſiis conſtitutum eſt ſub. *tit.* von immunitatib. und Freyheiten der Kirchen-Diener. Wo ſich denn durch Schickung des Allmächtigen begebe/ daß ein Pfarrer/ Prediger/ oder Diacon bey ſeinem befohlnen und verordneten Ambt ſich treulich und fleißig gehalten/ und in Leibes-Kranckheit fallen/ oder in ein ſolch Alter gerathen würde/ daß er ſelber ſein Ambt bey der Kirchen nicht verrichten möchte/ ſoll einem ſolchen nichts deſtoweniger ſeine verordnete Beſoldung werden und bleiben/ doch durch den Superintendenten dieſe Verordnung geſchehen/ daß mit den nechſten Miniſtris die Kirchen/ wie deßhalb unſere nachfolgende Superintendentz-Ordnung vermag/ verſehen werde. Dargegen ſolcher Krancker oder alter Kirchen-Diener von ſeinem Sold dem jenigen/ ſo Jhn alſo vertritt/ ziemliche Ergetzung nach Gelegenheit der Sachen und der Superintendenten Erkäntniß geben ſoll. Qui cum vicinis ſuis confratribus amicitiam colunt, atque eam junctam bene habent inter ſe, facile id obtinent, ut vices ſuæ ſuſtineantur ab illis ſine remuneratione, dum ſaltem ne jejuni & impranſi dimittantur. Et hoc quidem conſtitutum ita eſt in caſu, quo ſpes eſt, reſtitutum iri ægrotantem, aut brevi deceſſurum ſenio confectum.

§. 7. Quod ſi vero gravi aliquis & diuturno atq; valde contumaci morbo infirmus eſt, unde nulla ſpes reſtitutionis haberi poteſt, quo & referenda eſt ſenectus corpore valida, ſed ingenii viribus deficiens, potius erit, ut ſubſtitutus ei aliquis adjungatur, & res ita temperetur, ut utri-

utrique juxta facultates Ecclesiæ vitæ necessaria ministrentur. Et sic nempe pergit dicta constitutio: Im Fall aber die Kranckheit sich dermassen in die Harre verweilen wolte/ daß nicht zu verhoffen / daß solcher Diener wieder auffkomme/ und also ohne Nachtheil der Kirchen dieselbe Pfarr/ Prædicatur, oder Diaconat in die Länge durch den benachbarten mit Nothdurfft nicht versehen werden möchte / soll derselbige krancke fleißige und getreue Diener auf Erkäntnis des Synodi mit einem ziemlichen Leibgeding sein Lebenlang bedacht / und versehen werden. Impium enim profecto esset, ministrum Ecclesiæ bene meritum ita omnibus vitæ subsidiis privari, ut in mendicantium ordinem se conferre cogatur.

§. 8. Quod si vero Pastor ita affectus in suis facultatibus tantum habeat, ex quo exhibere se queat, injurius erit & ipse in Ecclesiam, si ex ejus reditibus suas istas augere velit. Audiat Hieronymum, cujus sententia apud Gratianum *c. clericos. 1. §. 2.* hæc est: *Clericos autem illos convenit Ecclesiæ stipendiis sustentari, quibus parentum & propinquorum nulla suffragantur bona. Qui autem bona parentum & opibus suis sustentari possunt, si quod pauperum est, accipiunt, sacrilegium profecto committunt & per abusionem talium judicium sibi manducant & bibunt.* Ita scil. fuit creditum olim, bona Ecclesiæ esse bona pauperum, neque ex illis alimenta capere debere alios nisi pauperes. Eaque propter non quilibet olim petentes in clerum admittebantur, sed pauperes fere & facultatibus destituti, ne sub specie Clericorum a muneribus publicis vacatio concederetur passim. Opulentos enim seculi subire necessitates oportet, pauperes Ecclesiarum divitiis sustentari, *l. 6. & 17. C. Theodos. de Episc.* &

& Cler. *Et in can. 13.* Concilii Sardicensis in constituendis Episcopis diligentissime tractari jubetur, si forte dives postulatus fuerit.

§. 9. In Concilio Aquisgranensi sub Ludovico Pio anno DCCCXVI. habito *c. 107. 108. 109.* multæ recensentur sententiæ Prosperi Aquitani decernentes, male omnino facere Clericum, qui dum ipse suas habet facultates, ab Ecclesia stipendia exigit. *Nec illi*, inquit, *qui sua posfidentes, dari sibi aliquid volunt, sine grandi peccato suo, unde pauper victurus erat, accipiunt. --- Ipsi quoque pauperes, si se possunt suis artificiis aut laboribus expedire, non præsumant, quod debet debilis & infirmus accipere: ne forte Ecclesia, quæ potest omni solatio destitutis necessaria ministrare, si omnes, etiam nihil indigentes, accipiant, gravata illis quibus debet subvenire non valeat. Qui autem Ecclesiæ serviunt, & labori suo velut debita reddi oportere credentes, ea quibus opus non habent, aut accipiunt libenter, aut exigunt nimis carnaliter sapiunt, si putant, quod Ecclesiæ fideliter servientes, stipendia terrena ac non potius præmia æterna percipiant. &c.*

§. 10. Etsi vero in nostris his Ecclesiis tantus rigor non observetur, neque Ecclesiæ reditibus uti prohibeantur, qui ex propriis suis facultatibus vivere possunt; quia tamen pleræque Ecclesiæ tam instructæ non sunt, ut pluribus alendis sufficiant, suam illam constitutionem supra allegatam de provisione Pastori emerito decernenda in Ordinatione Politica de anno 1622. *tit. Consistorial-*Sachen *n. 3.* hunc in modum limitavit Serenissimus Saxo: Ob auch wohl zum dritten in vorgemeldter Kirchen-Ordnung zu befinden/ daß einem krancken fleißigen und getreuen Diener/ bey welchen keine Besserung zu hoffen/ auff Erkäntnis des Synodi jährlichen zu seinem Unterhalt etwas gewisses verordnet

ordnet werden soll / so wollen wir doch solches von denen Personen / welche vor sich gutes Vermögens seyn / und sich ohne Verminderung der Substantz von denen Nutzungen ihrer Güter selbsten reichlich erhalten können/ (es liessen sich dann hierzu der Patronus oder Eingepfarrte aus Gutwilligkeit behandeln) keines weges verstanden haben/ sondern es soll allein derjenige dessen geniessen/ welcher in der Warheit der Provision bedürfftig/ und sonsten anderer Gestalt sich/sein Weib/ und Kinder nicht ernehren kan.

§. 11. Quod vero supra dixi, negocium hoc ita temperandum esse, ut utrique vitæ necessaria ministrentur, haud immerito quæritur, unde necessaria ista accipienda sint? Id vero definit dicta Ordinatio politica in verbis mox sequentibus, provisionem illam Pastori emerito destinandam capiendam esse ex reditibus vel substantia bonorum Ecclesiæ, vel si non sufficiant, parochianos quotannis contribuere debere, ne Successor stipendio suo defraudetur, sed ad minimum illius pars dimidia ei salva maneat. Dabey aber allezeit dahin zu sehen ist/ daß solche Provision, wo möglich / von dem Einkommen oder Vorrath der Pfarr genommen/ oder da dasselbe zu gering / Fleiß angewendet werde / ob bey den Eingepfarten eine jährliche Hülff und Beysteuer durch Unterhandlung zu erhalten sey/ damit der Successor bey den vollkömmlichen reditibus gelassen/oder doch uff allen eussersten Fall über den halben Theil nicht beschwehret werde.

§. 12. Obiter noto, substitutionem, quæ fit per matrimonium, vix unquam feliciter cedere. Sunt nonnulli Pastores, qui, dum filias nubiles habent, optime illis consultum putant, sicubi sibi ipsis substitutos faciant, illisque filias nuptui dent, infirmitatem vel mentientes quandoque

doque vel metuentes tantum. Qui dum hoc fere intendunt, ut officium suum Ecclesiasticum quasi hereditarium faciant, utplurimum experiuntur, vel ipsos inter se conjuges male convenire, vel sibi ipsis per substitutos non unam excitari molestiam & sollicitudinem, adeo ut per inductionem firma penes me fiet conclusio, omnem substitutum facere discordiam. Expertus id sum in Consistorio Ecclesiastico, in quo per viginti amplius annos judicis partes sustinui, nullam unquam talem substitutionem prosperum habuisse successum, & vel conjuges inter se contendisse, vel substitutum cum Uxoris parentibus, adeo ut putem, omnem talem substitutionem prorsus dissuadendam esse.

CAPUT XXX.

In percipiendis fructibus & reditibus, ut inter pastorem novum & defuncti heredes justa servetur proportio, Superintendentem dispicere debere.

§. 1.

Misera & miseranda proinde est nonnullorum Pastorum Ecclesiæ in hisce terris conditio, qui propter implicationem rei familiaris & summam parochianorum paupertatem tantum non in egestate versantur, & e tenuissimo victu, id est, contemptissimis escis & potionibus voluptatem percipere coguntur, adeo ut funeri sæpe sumptus desint, tantum abest, ut viduis ac liberis suis opimas hereditates relinquere queant. Laudandi igitur sunt Principes & Magistratus, qui, ut excitent afflictos heredes, & mœrorem consolando levent, de vitæ subsidiis prospiciunt, ne in sordibus, lamentis, luctuque contabe-

tabescant. Et sic ubique fere locorum constitutum est, ut post obitum Pastorum viduis, eorum & liberis per integrum anni sequentis spacium totum cum omnibus accidentibus exhibeatur salarium, omnesque reditus illis cedant, non aliter, ac si ipse adhuc viveret defunctus. In his vero provinciis Saxonicis semestria duntaxat debentur salaria, sive proventus dimidii tantum anni, & ii quidem non jure hereditario, sed ex speciali beneficio ac gratia, qui proinde nomen acceperunt des halben Gnaden-Jahrs. B. Carpzov. *in Ip. Consist. lib. 1. defin. 183.*

§. 2. Cum vero tempus mortis, quo Pastor obiit, multum variare soleat, nec in eandem anni partem incidat semper, & semestre tamen spacium heredibus sine detractione assignari debeat, in isto spacio reditus diversimode se habeant, curandumque præcipue sit, ut inventarium, quod dici solet, Pastori novo integrum exhibeatur, maxime necessarium tum erit munus Superintendentis, ut si convenire inter se partes nequeant, transactione rem componat, & litigium dirimat. Idque jubet Ordinatio Ecclesiastica in den General-Artickeln *num. 41.* Es soll auch der Superintendens/ neben dem Collatore, Lehnherrn/ Rath/ Richtern und Gemeinen eine billiche Vergleichung machen/ nach Gelegenheit des Inventarii/ der Zeit des Jahrs/ unter dem verdienten Gewächs auff dem Felde/ und andern Auffkommen der Pfarr/ damit der Witwen und ihren Kindern dasjenige/ so der Vater seliger fast verdienet hat/ nicht entzogen/ und doch die Pfarr nicht gar veröset und ausgeschöpft werde/ daß der neue Pastor nachmahls gar nichts finde und lange Zeit vergeblich dienen müsse/ sondern daß Gleichheit hierinnen gehalten/ keinem mehr und dem andern weniger gegeben/ oder aber sonst aus gefaßtem Neide/ oder unverschuldter Abgunst/ dem ei-

nen Theil unbillich vorgehalten/ und dem andern zugewendet werde. Sonderlich sollen die Superintendenten darob seyn/ daß dem Inventario gnug Folge geschehe / und alles das/so verzeichnet ist/ in dem Werth und Würden bey der Pfarre gelassen werde / wie es der verstorbene Pfarrer erstlich gefunden hat.

§. 3. Est vero ea res valde intricata sæpe, & ingentes causatur contentiones, qua ratione distribui debeant reditûs inter defuncti Pastoris heredes, & ejus Successorem. Idque contingit præcipue ex eo, quod diversa anni tempora diversos præbeant reditus, nec semestre unum alteri par existat, & propterea etiam computandi modus adhiberi debeat plane diversus. Nulla hic autoritate Principis & Lege publica præscripta est certa Regula, & videntur Consistoria sibi ipsis normam aliquam præfixisse, quam deinceps sequerentur. Et circumfertur vulgo illa, quæ in Consistorio Misenensi seculo superiori condita est, quam etiam secutus est B. Carpzovius *in Jp. Consistor. lib. 1. def. 195. & aliquot sequentibus*, sed quæ multis adhuc videtur implicata difficultatibus, etsi negari nequeat, sollicite admodum & considerate eam confectam esse. Dabimus eam integram, uti concepta primum fuit.

Ver=

Verzeichnis /

Wie es im CONSISTORIO zu Meißen mit Abtheilung des halben Gnaden-Jahrs / so nach Absterben der Pfarrern ihren Witwen und Waisen zum besten verordnet / bißhero gehalten worden.

I.

IN denen Städten / da gemeiniglich die Besoldung am Gelde von Quartalen zu Quartalen gereichet wird / und kein Decem noch Haußhaltung und Ackerbau ist / giebt es nicht viel Streits / oder Irrung / doch wird dieser Unterscheid gehalten / daß wenn ein Pfarrer oder Diaconus 3. oder 4. Wochen vor dem Quartal verstirbt / dieselben Wochen der Witwen und Kindern zu gute gehen / und denn erst von dem nechstfolgenden Quartal, das halbe Gnaden Jahr mit eingerechnet wird. Verstirbt einer acht oder vierzehen Tage nach dem Quartal, so werden solche Tage in das halbe Gnaden-Jahr mit eingerechnet. Geschicht es aber etwas langsamer / und des Verstorbenen Todt fast mitten in das Quartal kömmt / so hebet man das halbe Gnaden-Jahr von demselben Tage anzurechnen / biß daß 26. Wochen verflossen.

II.

Uff den Dörffern und auch in den Städten / da die Pfarrer und Diaconi ihre Besoldung nicht an

Gelde/ und Quartals weise bekommen/ sondern Decem, Ackerbau/ und Haushaltung haben / wird es folgender Gestalt gehalten:

(1.) Wird des gantzen Jahrs Einkommen / und Verdienlis gerechnet / von Michaelis an/ biß wieder auf Michaelis.

(2.) Was von Decem an Geträidich oder auch Geld-Zinsen zum Einkommen gehören/ werde gerechnet / daß sie Michaelis verdienet / ob sie schon erst umb Martini/ Weynacht oder Fastnacht fällig. Was aber umb Walpurgis gefällt/ wird geachtet/ daß es als eine halben Jahrs Besoldung von Michaelis an ufs neue verdienet sey.

(3.) Wenn denn ein Pfarrer umb Michaelis mit Tode abgeht / so haben die Witwe und Kinder nicht allein alles das jenige/was der Vater bey seinem Leben verdienet/ uffs gantze Jahr einzunehmen/sondern werden auch bey der Pfarren biß an die folgende Ostern gelassen / und Ihnen darnach das halbe Theil des gantzen Einkommens gefolget/ beydes an Decem und auch an denen uffm Felde/ Wiesen und Gärten erwachsenen Früchten/doch müssen sie hergegen die halben Unkosten/so auf den Samen/ Ackerlohn/ und anders gegangen/ tragen / auch da der Fütterung halber die Gewohnheit/ daß alles Geströde und Wiesewachs bey der Pfarre bleiben/ so viel als nach dem Winter übrig vorhanden/dem neuen Pfarrer lassen. Hat es mit der Fütterung/wie an etlichen Orten bräuchlich / eine gewisse Maß und Anzahl / daß man etliche Schock Stroh und Fuder Heu lassen muß / so wird es nach der Zeit im Jahre ermäßiget/ damit sie und der neue Pfar-

Pfarrer zufrieden seyn können/und keinem Theile zu viel oder wenig gethan werde. Was sie aber an Geträide in den Acker unterzubringen/ oder auf den Böden pro Inventario, zu lassen schuldig/ wird ihnen nach verrichteter Ernde zu ersetzen vergönnet.

(4.) Stirbet ein Pfarrer umb Luciæ, oder Weynachten / so werden seine Witwe und Kinder darbey gelassen biß auf Johannis Baptistæ, und haben darnach auf die Ernde von den erwachsenen Früchten dermassen/ wie itzo gemeldet/ so wohl auch von dem Decem, und anderen Gefällen auf Michaelis 3. Theil/ der Successor aber den vierdten Theil einzunehmen/ und werden mit Ersetzung des Inventarii verschonet/ biß daß die Ernde verrichtet worden.

(5.) Da aber der Todesfall umb Ostern geschicht/ so nehmen die Witwe und Kinder samt der Ernde uff Michaelis den gantzen Decem und Einkommen/und dörffen mit Niemand theilen/müssen aber alsbald im Abzuge das gantze Inventarium richtig machen/und vollständig ersetzen.

(6.) Wenn umb Pfingsten oder Johannis Bapt. sich der Fall zutregt/ So haben die Witwe und Kinder uff Michaelis das gantze Einkommen/ und darüber folgendes Jahrs den vierdten Theil an Decem und an der Winter und Sommer-Saat/ so viel über das Inventarium unterbracht worden/ desgleichen an Wiesewachs und Gartenfrüchten ihre quartam, doch daß sie auch die Unkosten pro quota tragen helffen.

Saat bey seinem Leben bestellet hat / uff welchen Fall solche Saat und was die Egde bestrichen / auch die Früchte sämtlich der Witwe und Erben verblieben. Eine ebenmäßige Gelegenheit hat es auch gehabt / wenn der Pastor in Quartal Luciæ und Reminiscere verstorben / weil die Witwe und Erben ein halb Jahr auff der Pfarre bleiben / und die Felder bestellen / welches dahero geschehen / daß beneficia Principum latissime zu interpretiren / und ex fictione juris es davor geachtet / als wenn Ihr Ehemann und Vater noch im Leben und also die Winter- und Sommer-Saat selbst bestellet hätte / da abermahls das jenige / was die Egde bestrichen / den Erben vermöge Landüblicher Sächsischer Rechte alleine verblieben. Ob es nun wohl jederzeit und biß auff dieses Datum also gehalten worden; Dennoch aber und dieweil M. Caspar Hanisius, da er nach Bleddin befördert / diese consvetudinem & stylum pronunciandi zum hefftigsten angefochten / und dadurch Ursach gegeben / daß hiervon das Consistorium fernere Deliberation vorgenommen / So haben wir uns heutiges Tages dermaßen in gehaltenem Consistorio dieses Puncts halber verglichen / daß die vorigen Abschiede in ihrem Werthe bleiben sollen / künfftig aber soll es mit dem Abzug der Witwen und Erben / und dem Anzuge der Neuen Pastoren also gehalten werden / daß das Quartal, darinnen ein Pfarrer verstirbt / vor verdient zu achten / und also der Witwe und Erben das Einkommen solches Quartals alleine bleiben / Darauff soll von dem Quartal an ein gantzes Jahr gerechnet / und nach Abziehung der Unkosten / so uff Bestellung der Güter

nützlich

§. 5. Hæc fuit norma & regula, quam in decidendis istiusmodi controversiis præfixam habuerunt Antecessores nostri. Quia vero ea Legis vim non habet, & nec superior illa, quam in Consistorio Misenensi editam dixi, fateor, per id tempus, quo ego Consistorii membrum fui, adduci me non potuisse, ut vel secundum hanc vel illam lites dirimerem, sed perpetuo id operam dedisse, ut partes litigantes amicabili potius transactione convenirent, quam ut per solennem sententiam causam expediri paterentur, etsi negare nequeam, ut persuaderi illæ possent, multum & temporis sæpe insumendum, & verborum profundendum fuisse. Nam si lis fuerit, hoc ipsum quod a lite disceditur, causa videtur esse, *l. 65. ff. de condict. indeb.* hoc est, uti explicat Antonius Mornacius, litem sibi quacunque ratione eximere, beneficii loco id est longe maximi. Et a Superintendente hoc inprimis exigitur in articulis generalibus, verbis supra allegatis; Daß er eine billige Vergleichung mache. Ipsum totum negocium ex scientia Oeconomica potissimum decidendum videtur.

§. 6. In actis Consistorii nostri inveni adhuc alium computandi & distribuendi modum, collectum & ipsum ex regulis Oeconomicis, ignotum tamen hactenus, quo autore prodierit, nisi quod approbatus dicatur in judicio appellationis anno M D XCVII. in causa des verstorbenen Pfarrers zu Schöna / Esaiæ Bernhards nachgelassener Witwe und Erben / Klägere und Appellaten an einem / contra Georg Lössern zu Lebusa / und den Pfarrer zu Schöna Johann Wahltern Beklagte und Appellanten andern theils. Typus ejus hic est:

terbrachten Sommer-Saat/ und zum dritten von der Winter- und Sommer-Saat/ so vom Quartal Crucis biß Reminiscere von dem Successore untergebracht und gepflüget wird/ wie denn auch von allen andern der Pfarr Einkommen/ so von Reminiscere des ersten Jahrs biß uff Reminiscere des folgenden fällig / die Helffte.

Zum Vierten/ würde ein Pfarrer sterben im Quartal Trinitatis, so bliebe seiner Witwe und Kindern dasjenige/ so biß auff Trinitatis fället/ allein. Die Winter und Sommer-Saat anlangend/ weil dieselbige im Quartal Trinitatis bestellet/ und in den beyden folgenden Quartalen Crucis und Luciæ die Winter-Saat/ Reminiscere und Trinitatis die Sommer-Saat vom Successore wiederum unterbracht/ und also eines gantzen Jahres Einkommen in zwey gleiche Theil getheilet werden muß/ so kan hierinnen kein billicher Mittel getroffen werden/ denn daß die Witwe und Kinder von der bestallten Winter- und Sommer-Saat den halben Theil dem Successori folgen lassen/ dargegen der Successor ihnen von demjenigen/ so er an Winter- und Sommer-Saat im folgenden Jahre bestellet und einzunehmen hat / ihnen hinwiederum den halben Theil folgen lasse/ inmassen denn auch die andern Accidentia dieses gantzen Jahres in zwey Theile billich zu theilen/ jedoch das kein Theil/ mit Erstattung der Unkosten allein beschweret/ sondern von beyden zur Helffte erleget werde.

CAPUT XXXI.

Durante dimidio gratiæ anno viduæ

Superintendentis deberi universa emolumenta, quæ maritus tum ut Pastor, tum ut Superintendens percipere potuisset.

§. 1.

Viduæ & liberis defuncti Parochi ex benignitate & clementia Electorali liberaliter prospectum fuisse in Saxonia nostra, dixi capite antecedente, dum scil. ultra salarium, quod Ecclesiæ minister adhuc vivus promeruit, semestris adhuc spacii post obitum ejus decurrentis stipendium viduæ & liberis destinatum est, ut haberent illi, quod solatio esse posset, attenuata cæteroquin rerum omnium inopia afflicti, & malis domesticis valde impediti. Und zu fernerer Gnade wollen wir der verstorbenen Pastorn und Kirchen-Diener Witwen und Kindern ein halb Jahr nach ihres Ehe-Wirths und Vatern Absterben in der Pfarr/ Predigts oder Diaconat-Behausung/ den Sitz/ darzu den halben Theil seiner Jahr-Besoldung von Zeit seines Absterbens an/ folgen/ und unterdessen den Predigt-Dienst durch die benachbarten die Pfarr oder Diaconat versehen lassen. Sunt verba Ordinationis Eccles. *tit.* von immunitatibus. §. Und zu ferner.

§. 2. Etsi vero salarii tantum hic fiat mentio, der Besoldung/ atque id vocabulum sæpe certam mercedem annuatim solvendam denotet, ex beneficio tamen salarii hujus semestris omnium indifferenter redituum ac proven-

ventuum annuorum medietatem accipiunt defuncti Pastoris heredes, ideo scil. quia salarium non semper in pecunia numerata, sed in pagis utplurimum in certis reditibus, decimis, frumento, fructibus agrariis & hortensibus consistit. Carpz. *Jp. Consist. lib. 1. def. 185.* Nec abludit vocabulum Besoldung/ quod perinde ut vocabulum salarii a sale suam habet originem juxta Franc. Stypmannum *de salar. Clericor. c. 2. n. 32. & 34.* tanquam potiori vitæ humanæ condimento. Jacob. Gothofred. *de salar. cap. 1. §. 4.* quod percipientes salaria inde se alant, adeoque tam sit necessarium istud, quam homini sal est. Unde & Salmasius *in Not. ad Capitolin. pag. 160.* concludit, salarium proprie denotare ea, quæ esui potuive sunt. In articulis generalibus *num. 20.* dicitur. salarium istud der Unterhalt/ sive consistat in pecunia numerata, sive in fructibus ex agro natis. Und nachdem gemeiniglich in den Städten den Pfarrern und Kirchen-Dienern ihre Unterhaltung auff ein gewisses und genanntes verordnet / so ihnen auff jedes Quartal gereichet / sollen die von der Obrigkeit daran seyn / und mit Fleiß verschaffen/ daß ihnen auff bestimmte Zeit ihre gebührende Besoldung ohne allen Abbruch oder Vortheil vollkömmlich gegeben/darmit sie sich der Billigkeit nach/ nicht darüber zu beklagen haben. In Dörffern aber/ weil ihr Unterhalt gemeiniglich auff dem Acker-Bau und andern Accidentalien gesetzt/ sollen sich die Eingepfarrten in selben gegen ihren Pfarrern und Kirchen-Dienern verhalten/ wie hernach unterschiedlich gesetzet ist.

§. 3. Vti vero etiam in civitatibus præter salarium certum, quod in pecunia numerata consistit, nonnul-

la dantur accidentia, incerta plane, & æstimationem haud admittentia: ita dubium non est, ista omnia, quantacunque fuerint, quæ per dimidium gratiæ annum obveniunt, viduæ & liberis defuncti Pastoris deberi. Nec aliud observari debet defuncto Superintendente. Etsi enim alia ei obveniant accidentia ut Pastori, alia ut Superintendenti, non potest tamen tale inter ea statui discrimen, ut ea tantum, quæ ei, ut Pastori debentur, viduæ cedant, reliqua vero illi, qui ejus partes sustinet interim, dum alius constituatur. Nec enim obstat, vulgo quod dici solet, mercedem deberi laboranti & operario; perdit enim istud suum effectum, quando viduæ & liberorum orphanorum habenda est ratio, quorum in gratiam & favorem singularia plane introducta sunt jura. Et possent alias etiam illi, qui sermones funebres ab Superintendentibus haberi solitos post eorum obitum ad populum perorant, sub tali prætextu honorarium sibi vindicare, quod tamen fieret consvetudine harum terrarum repugnante. Vid. Carpzov. *Iurispr. Consist. lib. 1, def. 190.*

§. 4. Quapropter cum nupere in civitate vicina Diaconus, cui interim Superintendentis vices commissæ fuerant, differentiæ isti inniteretur, & viduæ ea tantum accidentia, quæ pastoratui annexa erant, exhibere, reliqua vero sibi vindicare vellet, re ad Principem certis ex causis, & quod hoc in exemplum traheretur, relata, tale accepimus Rescriptum: Wir haben verlesen/ was ihr wegen der zwischen des verstorbenen Superintendenten zu B. Witwen/ und dem Diacono daselbst streitigen Accidentien unterthänigst berichtet/ und wie es in dergleichen zuhalten/ beschieden zu seyn angesucht. Allermassen nun die völligen Accidentia bey weh-

rendem

rendem halben Gnaden Jahr eines verstorbenen Superintendenten Witwe und Erben ohne einigen Abbruch zukommen: Also ist hiermit unser Begehren/ ihr wollet den Diaconum zu B. mit seinem Suchen und Ansinnen abweisen/und der M. Witwen und Erben die Accidentia ohne Unterscheid ausantworten lassen/ auch wenn in dergleichen Fällen sich Irrungen ereignen wollen/ es also verordnen. Möchten wir euch mit Wiedersendung der Acten nicht bergen/ und geschicht daran unsere Meinung. Dat. Dreßden am 7. Januar. Anno 1687.

F I N I S.

IN-

INDEX II.

Rerum & Verborum in hoc DE SVPERINTENDENTE TRACTATV NOBILIORVM.

ci

Ecclesiastica Potestas.

Episcopus.

Con-

aut vendere *ibid.* neque ædificare §. 7.

Debent cura Superintendentis, quanti plurimi possunt, fructus vendere aliis *ibid.*

Ordinatio.

Non fit sine vocatione ad certam Ecclesiam *c.* 14. §. 3. secus Ordinatus ab Ordinante ali debet *ibid.*

Ante eandem præsentatus a Consistorio examinatur §. 4.

Ea non est absolute ad actus ministeriales necessaria, sine necessitate autem non potest omitti §. 13.

Fit publice in Ecclesia per Superintendentem autoritate positiva & publica §. 14.

Et quidem in Sax. eo loco, ubi est Consistorium §. 17. hujus rei ratio. §. 18.

In casu necessitatis ab aliis Superintendentibus fieri potest jussu Consistorii §. 19. Rescriptum ea de re §. 20.

In Ordinatione Superintendentis in Sax. eædem sunt ceremoniæ §. 21.

Ordinatio ob pecuniam Jure divino, Canon. & Sax. prohibita est §. 22. 23.

P.

Parœcia.

Ejusdem appellatio vetus & nova *c.* 5. §. 3.

Pastor Ecclesiæ.

Pastor unius loci potest admonere Pastorem alterius loci sui officii & denunciare Superiori *c.* 5. §. 13.

Potest etiam monere suum Superintendentem, licet contemptibilem facere nequeat *c.* 7. §. 15.

Ejusdem in Superintendentem peccantis pœna §. 12.

Eorum vigilantia Superintendentis exemplo excitari debet §. 16.

Iisdem morbo temporali laborantibus adhibentur a Superintendente Pastores vicini remuneratione ægroti *c.* 29. §. 6.

Patronatus.

Jus hoc habitu conjunctam habet præsentationem *c.* 13. §. 1.

anti-

eorum-

beri

FINIS.

